ACTA
NUNTIATURAE POLONAE

ACADEMIA SCIENTIARUM ET LITTERARUM POLONA

SUMPTIBUS FUNDATIONIS LANCKOROŃSKI

ACTA NUNTIATURAE POLONAE

TOMUS XXXVII

GIOVANNI ANTONIO DAVIA (1696–1700)

*

Volumen 1
(13 II 1696 – 28 XII 1696)

edidit
ADALBERTUS KĘDER

CRACOVIAE 2004

Volumen hoc edendum curavit:
Wanda Lohman

Introductionem, summaria et annotationes Latine vertit:
Iosephus Korpanty

Verificationen fecerunt:
Danuta Turkowska et Stanislaus Widłak

Indicem confecit:
Adalbertus Kęder

Textum ad imprimendum composuit:
Jaroslaus Brzoskowski

© Copyright by PAU 2004

ISBN 83-88857-98-3

CONSPECTUS RERUM

PRAEFATIO
NUNTIUS GIOVANNI ANTONIO (IOANNES ANTONIUS) DAVIA (DE VIA) VII

1. Nuntius Ioannes Antonius (Gianantonio) Davia VII
2. Fontes Ioannis Antonii Daviae nuntiaturam illustrantes XV
Itinerarium Nuntii Ioannis Antonii Davia 1696–1700 XXI
Index fontium qui in hoc volumine publicantur XXIII
Opera in quibus scripta Ioannis Antonii Davia publicata sunt XXIV
Fontes et studia auxiliaria XXV
Index notarum XXVIII

TEXTUS 1

APPENDICES 381

INDEX NOMINUM PERSONARUM ET LOCORUM 417

PRAEFATIO

Nuntius Giovanni Antonio (Ioannes Antonius) Davia (De Via)

1. Nuntius Ioannes Antonius (Gianantonio) Davia

Ioannes Antonius Maria Davia (Gianantonio D'Avia, Da Via vel De Via) ortus est familia divite, quae paulo ante eum natum inclaruit, cum saeculo XVII fere medio oppidum Domodossola[1] situm in provincia Novara (quae saeculo XVII in Mediolani potestate erat) reliquisset et Bononiae sedem sibi ac domicilium constituisset. Circiter annum 1640 Petrus Antonius Davia, proavus gentis, negotiator strenuus locuples factus est, qua re effecit, ut familia Daviarum inter patricios Bononienses valere inciperet atque ad senatoriam dignitatem efferretur[2].

Filius eius, Ioannes Baptista, familiae splendorem ac amplitudinem auxit, praesertim cum uxorem duxisset Porciam Ghislieri, quae ultima nata est in familia senatoria Bononiensi, quae ab Ioanne III Sobieski, Polonorum rege, indigenationem Polonam accepit[3]. Porcia Ghislieri duos filios peperit: Virgilium (1649–1703) et Ioannem Antonium. Virgilius, cum Victoriam Montecuccoli uxorem duxisset, factum est, ut gens Daviarum multo ampliorem, quam antea habuisset, dignitatis gradum obtineret.

Virgilii coniunx cum esset in numero familiarium Mariae Beatricis d'Este, Anglorum reginae, quae tum uxor erat Iacobi II thronum affectantis (regnavit annis 1685–1688, obiit anno 1702), factum est, ut gens Daviarum cum ea gente regia amicitiae vinculis coniungeretur, cui rei testimonio est, quod Virgilius ab Iacobo II Stuarto marchio et par Scoticus creatus est[4]. Virgilii filii, scil. Ioannes Baptista (1674–1704) et Franciscus (1677–1753), in rebus diplomaticis et politicis suae aetatis versati sunt. Ioannes Baptista, natu maior, Ioannem Antonium Davia, avunculum suum, nuntium apostolicum Bruxellensem et Coloniensem comitatus est. Postea usus vinculis consanguinitatis, quae ei cum Aenea Silvio Caprara[5] fuerunt, honores militares petivit. Cum bellis adversus Turcas in Hungaria gestis interesset, ab hostibus captus est et

---

[1] Domodossola, in: Enciclopedia Italiana di Scienze, Lettere ed Arti, vol. XIII, Romae 1950, p. 131–132.

[2] G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI (Dizionario Biografico degli Italiani), vol. 33, Romae 1987, p. 124–125.

[3] G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI, vol. 33, p. 124.

[4] Cf. ibidem.

[5] Caprara Enea Silvio (1631–1701), summus dux imperatorius, bellis cum Turcis gestis interfuit.

in arce Septem Turrium tres annos degit. Familia frustra operam dedit strenuam, ut liberaretur. Liberatus est denique Ioanne Antonio Davia auctore, avunculo suo, qui tum nuntius apud Polonos erat. Etiam Franciscus, Ioannis Baptistae frater, in exercitu Eugenii Sabaudiopolitani bello illo Viscontio duce capitanus stipendia meruit.

Alter filius Ioannis Baptistae et Porcia natus Ioannes Antonius (Gianantonio) lucem vitae vidit die 13 mensis Octobris anni 1660. Iam adulescens studiis litterarum se dedidit. Postea in universitatibus Bononiensi et Tauricensi studiis litteraturae, iuris et philosophiae absolutis in universitate Bononiensi lauream doctoris utriusque iuris adeptus Bononiae scientiam iuris professus est. Sed eodem tempore scientiis, imprimis mathematicae et astronomiae operam dedit et epistularum commercia habuit cum viris illius aetatis doctissimis, in quorum numero fuerunt Marcellus Malpighi, G. Montanari et U. Gozzadini. Anno 1681 Londinium petivit, ut Societati Regiae consultanti interesset[6]. Cum anno 1681 in Italiam reversus esset, Virgilio, qui senator Bononiensis erat, hortante in rebus urbanis versatus est. Mense Decembri anni 1681 magistratus urbanus factus est, anno autem 1683 Castello Sancti Petri, quod in districtu Bononiensi situm erat, praeesse coepit.

Anno 1684 interfuit bello, quod Societas Sancta cum Imperio Ottomano gessit, cum exercitus Tuscos secutus est et „ingenarius voluntarius" Moreae oppugnandae adfuit. Aestate anni 1684 Neapolim nave reliquit et exercitus Christiani miles proeliis cum Turcis factis interfuit. Bellum annis 1684–1699 gestum est, Morea ab exercitu Veneto postea, scil. anno 1687 capta est[7].

Autumno eiusdem anni Davia in Italiam celeriter revertit, sed Bononiensem cursum honorum omisit et Romam ire constituit, ubi studiis litterarum excolendis se dedidit. Cum doctis contemporaneis commercia epistularum habuit, nummos et nomismata, quorum studiosus fuit, plurima collegit. Anno 1687 ad Innocentium XI pontificem maximum adductus est, qui eum adhortatus est, ut sacerdotis et diplomatici munera subiret. Quae res in Ioannis Antonii vita maximi momenti fuit.

Die 18 mensis Iulii anno 1687 Davia internuntius apostolicus Bruxellensis factus est[8]. Quamvis Belgium Austriae subiectum esset, internuntiatura Bruxellensis multum valebat, cum Angliam, Scotiam, Hiberniam et Hollandiam complecteretur. Huc accedebat, quod controversiae internae de iansenismo ortae sunt, quae diplomaticis papalibus ad tractandum difficillimae erant.

Munera diplomaticorum papalium difficilia erant etiam propter rationes inter Sedem Apostolicam et Francogalliam intercedentes, quae ad res Belgicas

---

[6] T. Birtch, History of the Royal Society, Vol. IV, London 1757, p. 94.

[7] D. Squicciarini, Nunzi apostolici a Vienna, Città del Vaticano 1998, p. 152.

[8] L. Cardella, Memorie storiche de' cardinali della Santa Romana Chiesa scritte da ..., t. VIII, Romae 1744, p. 119–121.

quoque vim habebant magnam. Munere Bruxellensi expleto I. A. Davia a hominibus rumores spargentibus iansenitarum nimium studiosus reprehendebatur[9]. Bruxellis Davia usque ad diem 24 mensis Aprilis anni 1690 commoratus est. Eodem anno die 21 mensis Iunii a Clemente XI archiepiscopus titularis Thebanus creatus est dispensatione usus, cum nec aetate vitae canonica nec consecratus esset, et mense Iulio nuntius papalis Coloniam est missus, ubi tres annos, usque ad diem 24 mensis Aprilis anni 1696 fuit.

Anno 1696 ineunte nuntius Varsaviensis factus est. Ex eo, quod postea munus nuntii Vindobonensis suscipere est iussus, conici potest Secretariatum Status id egisse, ut Davia rerum Turcicarum, quae Sedi Apostolicae ob periculum Turcicum imminens maximae essent curae, peritus fieret. Conici potest etiam superiores Daviam diplomaticum magni fecisse.

Aestate anni 1696 Davia in Poloniam venit. Itaque non est dubium, quin pontifex maximus et Secretariatui Status praefecti putaverint eum rerum Turcicarum peritissimum fuisse, cum bellis cum Turcis gestis interfuisset. Cursus honorum, quos I. A. Davia est assecutus, usitatus fuit: Coloniae operam dedit principibus Germanis, imprimis non-catholicis, speculandis, Varsaviae rerum Turcicarum peritus factus est, Vindobonae in rebus Turcicis tractandis occupatus fuit. Mos erat, ut nuntii apostolici Vindobonenses munere expleto ad cardinalis dignitatem efferrentur.

Bartoszewski scripsit Daviam, cum in Poloniam venisset, viris illustrissimis in re publica versantibus statim placere coepisse[10]. Sed idem Bartoszewski addidit eum animo simplici non fuisse: „Nuntium vidi, scripsit Georgius Chrysostomus Załuski; si sinceritatem tantam quantam mentem ac ingenium ostenderit, spem de eo optimam habere potuerimus ... Załuski indolem Daviae divinare videtur, nam ille virum callidum et astutum se praebuit"[11].

Davia nuntius apud Polonos factus primum inter alia res familiares curandas suscepit, quae ad munus eius in Polonia explendum magnam vim habuerunt. Nam familia Daviarum Ioannem Baptistam, Virgilii filium, captivitati Turcicae eripere longe frustra studuit. I. A. Davia per fratris uxorem, comitem d'Altamonte, quae erat matrona honoraria reginae Anglorum in aula Ludovici XIV, regis Francogallorum, rei illi intercessit. Rex Melchiori de Polignac, legato suo apud Polonos, mandavit Turcas ambire, ut Daviam iuvenem liberarent. Sed Polignac nihil profecit, qua re factum est, ut nuntius et legatus Francogallicus animo inter se parum amico fierent.

Sed cum I. A. Davia cognovisset satrapam Turcicum ab electore Saxonico,

---

[9] M. Pieroni Francini, Da Clemente XI a Benedetto XIV; il caso Davia. In: Rivista di Storia della Chiesa in Italia, 37: 1983, p. 445.

[10] Cf. Jul. B. [Bartoszewski], Davia (Jan Antoni de Via). In: Encyklopedyja Powszechna [Encyclopaedia Generalis], t. VI, Warszawa [Varsaviae] 1861, p. 815.

[11] Cf. Jul. B. [J. Bartoszewski], Davia (Jan Antoni de Via), ut supra.

qui postea Fridericus Augustus rex Polonorum fuit, in proelio apud oppidum Temeszwar captum esse[12], rogavit electorem, ut Ioannem Baptistam Turco permutaret. Ita factum est, ut Davia iuvenis post captivitatem trium annorum libertatem recuperaret. Qua re factum est, ut nuntius Davia animo erga electorem Saxonicum grato esset, quae res maximi momenti est facta, cum Fridericus Augustus thronum Polonicum petiturus fidem Catholicam sequeretur.

Res, quam tractamus, vim habuit ad commencia nuntii cum legato Francogallico et Daviae cum Augusto II Robusto, postquam ille rex Poloniae factus est[13]. M. de Polignac, cum falsus principi Conti faveret, regis gratiam amisit et anno 1698 relegatus est in abbatiam in Bon-Port sitam, cuius commendatarius fuit. Polignac et cardinalis Radziejowski putaverunt principem Conti Davia auctore offensionem accepisse, cum nuntius Friderici Augusti conversionem die 2 mensis Iunii anno 1697 in Badena factam temere comprobaret[14]. Munera nuntii apud Polonos archiepiscopus Davia annos fere quattuor explebat. Alii diplomatici papales idem fere tempus in Polonia commorati sunt. Sed fuit tempus illud in Polonorum historia perquam turbulentum in internis externisque. Iam antea, cum Santa Croce nuntius Varsaviensis esset, controversiae ortae sunt inter Poloniam et Sedem Apostolicam ob potestates in abbatiis commendatariis datas, sed etiam ob iura tribunali nuntiaturae et nuntiis apostolicis concessa, quae non solum nobiles sed etiam viri summis honoribus ecclesiasticis fungentes moleste ferebant[15].

Cum nuntius Varsaviam venisset, controversiis de abbatiis commendatariis et de potestatibus iuridicialibus nuntiaturae apostolicae (quibus praecipue viri in Ecclesia Polona summi resistebant[16]) nondum diiudicatis senatores consultaverunt, utrum ad regem admittendus esset, an non. Huc accedebat, quod cardinalis Radziejowski, iura sua retinere cupiens, ancipitem se praebebat.

---

[12] Anno 1696 Fridericus Augustus exercitui imperatorio in Hungaria praefuit.

[13] G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI, vol. 33, p. 124; G. Brizzi, Davia Giovanni Antonio. In: DBI, vol. 33, p. 127–130; M. Guarnacci, Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. cardinalium a Clemente X usque ad Clementem XII, t. II, Romae 1751, col. 167–170.

[14] K. Piwarski, Prima commercia Augusti II cum Sede Apostolica. Ignota charta e historia diplomaticae Polonae. In: Politica Nationum 1937, p. (8).

[15] ASV (Archivio Segreto Vaticano), Segr. Stato (Segreteria di Stato) Polonia 116 „Lettere di Monsig.r Nun.o in Polonia", f. 326r. Copia epistulae Ioannis III Sobieski ad nuntium I. A. Davia datae, Varsaviae, V 1696; f. 326r-326v. Nuntius I. A. Davia ad Fabricium Spada, cardinalem secretarium Status, Romae 3 VII 1696; ASV, Segr. Stato, Polonia 112 „Innocenz. XII. Cifre colla Nunz.a di Pol.a da 11 Novemb.e a tutto 27 Decem.e 1699" f. 43v-44r. Cardinalis secretarius Status Fabricius Spada ad nuntium I. A. Davia, Romae 30 VI 1696. Abbreviationes adhibitae secundum: Indice dei Fondie relativi mezzi descrizione e di ricerca, Città del Vaticano 2002.

[16] L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo", vol. XIV „Storia dei papi nel periodo dell'Assolutismo dall'elezione di Innocenzio X sino alla morte di Innocenzio XII (1644–1700)", p. II „Innocenzio XI, Alessandro VIII, Innocenzio XII (1676–1700)", Romae 1932, p. 497–498.

Eodem tempore, quo Davia in Poloniam venit, mortuus est Ioannes III Sobieski rex, qui apud Vindobonam Turcas memorabili clade affecit (obiit Villae Novae die 16 mensis Iunii anno 1696). Regis obitus res semper erat Polonis maximi momenti, qua re factum est, ut diplomatici, non solum ii, qui tum Varsaviae munera sua explebant, in Poloniam oculos converterent. Nuntio apostolico mors Ioannis III praecipua fuit, nam rex ille anno 1683 Turcis cladem intulit, quae ad populorum Europaeorum fata et Communitatem Christianam vim habuit maximam. Qua re factum est, ut Sedes Apostolica Ioanni Sobieski eiusque familiae semper gratiam haberet, quamquam diplomatici papales non ignorabant, quibus ille rebus adductus ante foedus cum imperio anno 1683 pactum consilia cepisset, cum etiam pacem cum Imperio Ottomano facere promptus imprimis id ageret, ut periculum Turcicum a Polonia defenderet. Quam ob rem Ioanne III rege mortuo nuntius familiae regiae curam habuit. Sed imprimis animum advertit ad novum regem deligendum atque ad Iacobum, Constantinum et Alexandrum Sobieski in diademate regio petendo adiuvandos. Non defuerunt etiam alii regni candidati cum Sobiesciorum gente coniuncti, in quorum numero erat Maximilianus II Emmanuel, elector Bavaricus, maritus Cunegundis Sobieska[17].

Nuntius operam dedit non solum rebus politicis, sed etiam controversiis in Sobiesciorum familia ortis, quibus factum est, ut Ioannis III filii facultatem regni adipiscendi amitterent, gens autem tota apud Polonos minus valeret. Sed Sobiescii etiam de hereditate contendebant, quam rex rei diligentissimus magnam reliquit. Nuntius per singula narravit de illa controversia, cui summi in re publica viri intererant. Aeque diligens fuit in Secretariatu Status de re familiari Sobiesciorum edocendo. Non ignoravit enim, quae illi praedia quoque statu possiderent et – inter alia – quanta numerata in arce Solkoviensi (Żółkiew) collecta asservarentur.

Sedes Apostolica gratiam habuit victoriae Vindobonensis auctori et post eius mortem operam dedit, ut diplomatici papales familiam Sobiesciorum adiuvarent[18], e. g. cum Maria Casimira regina, Ioannis III vidua, Romae esset vel cum regis filii cum Augusto II Robusto controversias exercerent.

Nuntius, cum in Polonia esset, animum advertit ad contentiones gentis Sapieharum adversus nobiles et magnates Lithuanos, in quorum numero gens Krispinorum fuit, sed etiam adversus hierarchos Lithuanos, e. g. adversus

---

[17] Z. Libiszowska, Gens Sobiesciorum in Europa post Ioannis III mortem. In: Sobótka, 35:1980, p. 360; E. Jastrzębska, Maria Casimira Sobieska de filio Iacobo candidato tempore interregni quomodo se gesserit, ex legati Polignac (1696–1697) nuntiis quaeritur. In: Sobótka, 35:1980, p. 360; S. Orszulik, Controversiae de Sobiescis tempore interregni 1696/1697 diadema regium petentibus. In: Sobótka, 35:1980, p. 342–343.

[18] W. Kęder, Clarus Mons et mutationes politicae Reipublicae annis 1661–1813 factae. In: Studia Claromontana, t. 13, Clarus Mons 1993 (ed. 1994), p. 106.

Casimirum Brzostowski episcopum Vilnensem. Cui contentioni pugna illa calamitosa ad Olkienniki aliquot annis post facta finem imposuit.

Sed res illa antea initium cepit, cum Santa Croce nuntius apud Polonos esset. Anno 1696 nuntius Sedem Apostolicam certiorem fecit imprimis de bello confoederato in Lithuania gesto, ubi milites stipendio privati adversus Casimirum Sapieha turbaverunt. Postero tempore Lithuanorum discordiae, cum bellum septentrionale ortum esset, ad Reipublicae interna vim habuerunt magnam.

Certamen, quod fuit Benedicto et Casimiro Sapiehis cum Constantino Casimiro Brzostowski episcopo Vilnensi, Ioanne Kryszpin episcopo Samogitiensi et Andrea Kryszpin palatino Vitebscensi, nuntius neglegere non potuit, cum tempore belli domestici in Lithuania gesti milites Sapiehae hetmano fideles praedia ecclesiatica saepe popularent in iisque castra hiberna ponere solerent. Quam rem Sedes Apostolica moleste tulit.

Davia, cum in Poloniam venisset, mediatorem se interposuit et quamvis primo frustratus postea prospero successu rem ad finem perduxit. Quod ad regem eligendum pertinet, Secretariatus Status id egit, ut Davia medium se gereret atque daret operam tantum, ne dissentientes in sacris regnum peterent. Qua de re nuntius Secretariatum Status saepe docuit. Fortasse Sedes Apostolica metuit, ne nuntius Francogallis alienus et contra Saxonum ob fratris filium servitute liberatum studiosus rebus suis noceret.

Diplomatici papales, cum de rege Polonorum eligendo ageretur, monebant bellum Turcicum continuari atque fidem catholicam contra haereticos schismaticosque defendendam esse[19]. Nuntius plurima edocuit de iis, quae ante comitia convocativa facta sunt, deque ipsorum comitiorum eventu[20], postea autem de electione controversiisque, quas illa movit. Praecipuam operam dedit Augusto Wettyn, qui, cum Saxonia evangelica oriendus esset et sero petere coepisset, catholicus factus est et contra spem omnium triumphavit.

Quod ad res populos Europaeos spectantes pertinet, Polonis gravissimum fuit bellum Turcicum, cui pace Carloviciensi anni 1699 facta finis impositus est. Respublica primum secundas partes egit, sed eventus certaminis magni fuit momenti, cum Poloni id agerent, ut terras anno 1672 annisque insequentibus a Turcis captas reciperent. Cum Sedes Apostolica rebus Turcicis praecipuam daret operam, nuntiatura Varsaviensis, quamquam minus valuit quam Vindobonensis, tamen munera explevit gravia. Non est igitur mirandum nuntium de rebus Turcicis orientalibusque plurima in litteris suis narravisse.

Davia, cum adhuc in Polonia esset, die 10 mensis Mai anno 1698 archiepiscopus Ariminensis factus est. Munere diplomatico apud Polonos

---

[19] L. Pastor, „Storia dei papi...", vol. XIV, pars II, p. 498.

[20] Diarium convocationis sub tempus interregni post fata Serenissimi Regis Ioannis III indictae pro die 29. Augusti 1696. ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 613r-627v.

expleto die 26 mensis Aprilis anno 1700 Vindobonam missus est. Munus Vindobonense, sicut Parisium et Matritense, honorificentissimum fuit diplomaticis papalibus, qui post illa munera expleta ad cardinalis dignitatem efferrebantur. Quo tempore nuntii Vindobonensis munus difficile erat, nam Sedes Apostolica et Vindobona inter se discordabant. Anno 1701 Clemens XI papa indignatus est, quod elector Brandenburgensis rex Prussiae creatus est, sed Fridericus I Hohenzollernus a Leopoldo I imperatore adiuvabatur, qua re factum est, ut Imperium Sedi Apostolicae alienum esset.

Cum Davia Vindobonae esset, in Hispania bellum de throni successione ortum est, quod simultates, de quibus supra diximus, auxit. Subitum consecutum est anno 1705, cum rex Hispanus crearetur. Cum imperator Horatium Philippum Spada nuntium extraordinarium accipere noluisset, Leopoldus von Lamberg, legatus imperatorius, Romam relinquere coactus est. Qua re facum est, ut Ioannes Antonius Davia nuntius die 15 mensis Iulii anno 1705 Austriae urbe principi proficisceretur.

L. von Pastor de Davia expulso scripsit haec: „[Davia] Benchè uomo distinto, combattente prima con la spada contro i turchi ed entrato poi per consiglio di Innocenzo XI nella carriera ecclesiastica, egli cadde a Vienna in disgrazia, perchè secondo l'istruzione papale del 1705 non volle riconoscere l'arciduca Carlo come re di Spagna"[21].

Davia, cum Vindobona reversus esset, dioecesim suam regendam suscepit et curator bonus ac diligens fuisse ab incolis putabatur. Cum dioecesim regeret, annis 1711 et 1724[22] duas synodos dioecesianas peregit. Davia et Valentino Gonzaga episcopo auctoribus factum est, ut Ariminenses litteris artibusque maiore opere vacarent[23]. Davia autem scientiis provehendis operam dedit, cum caelum observaret et experimenta varia perageret, quin etiam epistularum commercia habuit cum doctis Italis exterisque, in quorum numero E. Manfredi et F. Bianchi quoque fuerunt.

Cum e podagra laboraret, die 7 mensis Decembris anno 1726 dioecesis Ariminensis curam omisit et Romam revertit. Mense Augusto anno 1715 legatus pontificius Urbinatensis, die autem 12 mensis Aprilis anno 1717 legatus Romaniae factus est[24]. Cum dioecesim Ariminensem regeret, in consistorio die 18 mensis Mai anno 1712 habito a Clemente XI papa (1700–

---

[21] L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo", vol. XV „Storia dei papi nel periodo dell'Assolutismo", „Dall'elezione di Clemente XI sino alla morte di Clemente XII (1700–1740)", Roma 1932, p. 268.

[22] Synodus dioecesana Ecclesiae Arminensis ab il. Et rev. D. I. A. Devia ... habita in Ecclesia cathedrali ... anno 1711, Rimini [1713]; Synodus dioecesana Ecclesiae Arminensis ab Em. Et Rev. S. R. E. cardinali J. A. Davia, Rimini 1724.

[23] La città di Rimini: http://www. queen. it/citta/rimini/storia

[24] Ch. Weber, Legati e governatori dello Stato Pontificio (1550–1809), Roma 1994. Publicazioni degli Archivi di Stato. Sussidi 7, p. 370, 419, 613.

1721) cardinalis presbyter creatus est et basilicam Sancti Callisti titularem accepit, die 19 mensis Novembris anno 1725 basilicam Sancti Petri in Vinculis, die autem 11 mensis Februarii anno 1737 basilicam honorificam Sancti Laurentii ad Viam del Corso sitam.

Davia cardinalis, cum Romae esset, in curia multa munera explevit, cum socius esset Congregationis Sancti Officii, Congregationis Episcoporum et Regularium, Congregationis Immunitatis et Congregationis de Propaganda Fide. Fuit quoque cardinalis-protector Angliae et Poloniae, quarum civitatum rebus apud Sedem Apostolicam studuit. Idem fecit, quod attinet ad Bononiam et Ordinem Cisterciensium[25].

Davia cardinalis conclavibus annis 1721, 1724 et 1730 habitis interfuit atque operae non pepercit, ut ea feliciter peragerentur. In conclavi anno 1721 habito, quod Innocentium XIII pontificem maximum creavit, in numero candidatorum fuit, quibus imperator favere putabatur. Candidatus fuit etiam in conclavi anno 1730 habito, sed cum iansenistarum studiosus rumoribus ferretur, impeditus est, quominus pontifex maximus fieret.

Sed iansenistarum studium diu Daviae obiciebatur, imprimis cum internuntius Bruxellensis esset, quae res in cursu honorum diplomatico obstaculo ei erat. Davia mortuo iansenistarum commentarii, qui „Nouvelles Ecclésiastiques" vocabantur, aperuerunt Daviam cum Colberto de Croissy episcopo Pessulano, iansenista illustrissimo, epistularum commercium habuisse. Cui opinioni vehementer repugnavit Prosper Lambertini Bononiensis, postea Benedictus IV pontifex maximus, Daviae eiusque familia amicus[26].

Ioannes Antonius Davia postremos vitae annos Romae degit, ubi die 11 mensis Ianuarii anno 1740 obiit. Tumulatus est in sua basilica titulari Sancti Laurentii in Lucina ad Viam del Corso sita, in capella beati Francisci Carracciolo. Benedictus XIV pontifex maximus (Prosper Lambertini), Daviae amicus, anno 1742, qui erat pontificatus eius annus secundus, in basilica illa in transitu navis dextrae, qui ad sacristiam ducit, imaginem Daviae sculptam poni iussit atque tabulam, in qua cardinalis virtutes ac merita laudantur:

D. O. M.
IOHANNI ANTONIO DE VIA BONONIENSI
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
VIRO
RELIGIONI ANIMI CANDORE ET MULTIPLICI DOCTRINA
CLARISSIMO

---

[25] L. Cardella, Memorie storiche de' cardinali della Santa Romana Chiesa scritte da..., t. VIII, Roma 1749, p. 121; D. Squicciarini, Nunzi apostolici..., p. 152–154.

[26] F. Petrucelli della Gattina, Histoire diplomatique des conclaves, vol. IV, Bruxelles 1866, p. 6, 71; L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo", vol. XIV „Storia dei papi nel periodo dell'Assolutismo", vol. XV „Dall'elezione di Clemente XI sino alla morte di Clemente XII (1700–1740)", Romae 1932, p. 652–654.

IN ECCLESIASTICIS AEQI AC POLITICIS NEGOTIIS
INTEGERRIMO
BENEDICTUS XIIII PONT. MAX.
CIVI OPTIMO ET AMANTISSIMO
PERPETUUM HOC AMORIS SUI MONUMENTUM
POS
PONTIFICATUS ANNO II
OBIIT III ID IAN. MDCCXL AET. ANN. LXXIX M. II D. XIX

2. Fontes Ioannis Antonii Daviae nuntiaturam illustrantes

Plurimi fontes ad Daviae nuntiaturam (VI 1696–VII 1700) pertinentes asservantur in Vaticano in **Archivio Segreto Vaticano**, imprimis in **Segretaria di Stato**, ubi asservantur plurima documenta ad diplomaticam Sedis Apostolicae pertinentia. Plurima documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia inveniuntur in **Segreteria di Stato. Polonia** (Segr. Stato, Polonia). In actis nuntiaturae Polonae asservantur documenta Daviae nuntii, quorum volumina sunt haec:

– Ms. **112**, „Innocenz. XII. Cifre colla Nunz.a di Pol.a da 11 Novemb.e 1692 a tutto 27 Decem.e 1699", f. 43v-50v. Quod volumen continet regestra nuntiorum properorum decifratorum, qui a Secretariatu Status ad nuntium Daviam inde a die 30 VI 1696 usque ad diem 17 IV 1700 missi sunt. Quod volumen continet 47 nuntios properos.

– Ms. **116**, „1696. Lettere di Monsig.r Nun.o in Polonia", f. 217-221, 246r-246v, 256r, 282r, 316r-322v, 326r-327r, 351r-777v. Quod volumen continet 177 autographa epistularum aliorumque documentorum, in quibus est relatio de comitiis convocativis (613r-627v). Documenta illa pertinent ad epistularum commercium, quod Davia cum Secretariatu Status inde a die 1 V 1696 usque ad diem 25 XII 1696 habuit.

– Ms. **117**, „Innoc.o XII. Cifre colla Nunziat. Di Polonia da Genn.o 1696 a tutto 9 Giu.o 1700", f. 76r-152r. Quod volumen continet 38 nuntios properos decifratos ab I. A. Davia ad Secretariatum Status missos, in quorum numero sunt etiam litterae: cardinalis Radziejowski die 24 V 1697 datae (f. 137r), Friderici Augusti Electoris Saxonici die 4 VI 1697 datae (f. 140r) et Christiani Augusti ducis Bavarici s. d. (f. 152r), inde a die 17 VII 1696 usque ad diem 25 VI 1697, f. autem 153r-283v, 361r-396r continet 63 autographa nuntiorum properorum et nuntiorum properorum decifratorum a nuntio ad Secretariatum Status inde a die 2 VII 1697 usque ad diem 24 III 1700 datorum; non desunt litterae ab aliis scriptae, e. g. a cardinale Radziejowski die 11 VII 1697 (f. 195r) ad nuntium et unum scriptum typis impressum[27].

[27] ASV, Segr. Stato, Polonia 117, f. 204r-204v. Oblata Varsaviae „Oznaymienie Krola

– Ms. **118** „1697. Lettere di Mons.r Nun.o in Polonia Mons.r Davia e di Gaetano de Ovis e Agostino Cati Ministri Ap.lici", ff. 636v, continet autographa 250 nuntiorum properorum a Davia, Caietano de Ovis et Augustino Cati (qui nuntii Davia Varsaviae absente scripti sunt) ad Secretariatum Statum inde a die 1 I usque ad diem 31 XII 1697 missorum. Quod volumen continet etiam scripta typis impressa, quae per occasionem regis eligendi in Polonia publicata sunt[28].

– Ms. **119** „1698. Lettere di M.r Nun.o in Polonia", ff. 660v, continet autographa 271 nuntiorum properorum a Davia, sed etiam a Caietano de Ovis et Augustino Cati ad Secretariatum Status inde a die 1 I usque ad diem 30 XII 1698 missorum. Quo in volumine asservantur etiam scripta typis impressa ad regem Polonorum eligendum pertinentia[29].

– Ms. **121** „1699. Lettere di Mons.r Nun.o in Polonia", ff. 759v, continet autographa 301 nuntiorum properorum a Davia, sed etiam a Caietano de Ovis, tempore, quo nuntius a Varsavia aberat, ad Secretariatum Status inde a die 6 I usque ad diem 29 XII 1699 missorum. Quo in volumine asservatur una epistula typis impressa a primate Radziejowski ad fideles data[30].

– Ms. **122** „1700. Lettere di M.r Nun.o in Polonia. Mons.r Davia. Mons.r Pignatelli", f. 1r-226v, 230r-233v, 235r-248v, 253r-254v, 260r-262v, 264r-274r,

---

Nowo Obranego na Seymie Walnym Elekciey między Warszawą a Wolą dnia 27ma Iunij Anno 1697" (sigillum siccum).

[28] ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 327r-328v „Ad invictissime Reipublicae ordines Universos Expositio. Pro Serenissimo Principe Ludovico Marchione Badeni"; f. 329r-332v „Propositiones ad Serenissimam – ac Potentissimam Polonorum Rem-publicam Serenissimi Electoris Palatini, utriusq. Bavariae – Juliae – Cleviae – & Montium Ducis pro Serenissimo Principe Carolo Duce Neoburgico, Fratre Suo Germano"; f. 333r-334v „Propozycye Najaśnieyszego Krola Imości Francuskiego do Najaśniejszey Rzeczypospolitey Polskiey na przyszłą elekcyą"; f. 335r-342v „Propozycye do Naiaśń. Rzeczypospolitey Polskiey Xiążęcia Iegomości Livii Odeschalky, Innocentiusza XI. Synowca, Ceryiskiego, Bracvianskiego, Paliskiego Xiążęcia, Roncofredii Margrafa, Monteianu Hrabi, Dobr swoiey Familii w Xięstwie Mediolanskim Iednego, Wolnego, y Ostatniego Dziedzica" [Polonice et Latine]; f. 345r-346v „Proposicye które Naiaśnieyszy Krolewicz Imść Polski Jakub, pro Bono & commodo in commune Naiaśnieyszey Rzeczy.ptey Polskiey według intimacyey Xcia Imci Posła Cesarza Iegomości Chrześciańskiego praelo exprimi obiecane, iako Koncurrent do Korony, ofiaruie, y Sacrosanctae & inviolabiliter dotrzymać vovet" [Polonice et Latine]; f. 564r-565v „Franciscus Ludovicus de Burbon, Princeps de Conti, Dei Gratia & affectu inclytarum Nationum Serenissimae Reip. Polonae & M. D. L. In Regem electus"; f. 566r-567v „Bulla Sixti V. De non Coronandis Regibus Haereticis Sixtus Episcopus Servorum Dei"; f. 599r-600v „Literae a Magistratu Gedanensi ad M. D. Polignac Legatum Galliae Illustrissime, reverendissime, & Excellentissime Domine Domine Gratiosissime".

[29] ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 50r-51v „Copia Litterarum sacrae regiae Majestatis ad Eminentissimum Cardinalem Primatem Regni [Varsaviae] 22 Mensis Ianuarii 1698 August. Responsoriae Sacra Regia Maiestas, Squiernieviciis die 24 Ianuarii 1698".

[30] ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 193r-193v „Michael S. R. E. Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Cardinalis Radzieiowski Archiepiscopus Gnesnensis, etc. ..., Varsaviae ... Die 31 Mensis Martii Anno Domini 1699" [epistula ad fideles de pace cum Turcis facta].

286r-299r, 311r-312v, continet autographa 119 nuntiorum properorum Daviae et Caietani de Ovis auditoris nuntiaturae, qui Davia Varsaviae absente scripti sunt ad Secretariatum Status inde a die 4 I usque ad diem 14 VII 1700.

– Ms. **188** „Lettere scritte a Mons.r Nun.o in Polonia dal p.o Gen.o 1693 a t.o Sett. 1700. 1693. Registro di lettere scritte dal S.r Card.l Spada a Mons.r Santa Croce Arc.o di Seleucia Nun.o Ap.o in Polonia", f. 301r „1696. Registro de lettere scritte dal S.r Card.l Spada a Mons.r Santa Croce, et a Mons.r Da Via. Varsavia". f. 316r-726r, continet regestra 722 nuntiorum properorum a Secretariatu Status ad nuntium Davia inde a die 7 VII usque ad diem 7 VIII 1700 missorum.

– Ms. **355** [sine titulo], ff. 189v, continet autographa 165 nuntiorum properorum a card. Fabricio Spada secretario status ad Daviam inde a die 5 I usque ad diem 28 XII 1697 missorum. Continet etiam scripta typis impressa[31].

– Ms. **356** [sine titulo], ff. 250v, continet autographa 162 nuntiorum properorum a card. Fabricio Spada secretario status ad Daviam inde a die 11 I usque ad diem 27 XII 1698 missorum. Continet etiam scripta typis impressa[32].

– Ms. **357** [sine titulo] f. 5r-164v, continet autographa 144 nuntiorum properorum a Secretariatu Status ad nuntium inde a die 21 III 1699 usque ad diem 31 VII 1700 missorum. Continet etiam scripta typis impressa[33].

---

[31] ASV, Segr. Stato, Polonia 3555, f. 108r-108v „Editto...", patentes Leopoldi V imperatoris die 29 Aprilis 1697, Vienna (Patentes ad Vassallos in Italia ratione Feudorum Imperialium subticitorum) cum additamento card. Altieri della S. R. C. Camerlengo die 17 mensis Iunii 1697, Roma; f. 135r „Insignia, Nomina, Cognomina, Dignitates & Patriae Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, a Sanctissimo D. N. Innocentio Papa XII creatorum ... die 22. Iulij Anno 1697".

[32] ASV, Segr. Stato, Polonia 366 f. 119r-136v „Summarium. Sac. Congregatione Consistoriali Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Pro Ven. Monasteriis, & Monachis Ordinis Cistercientium Regni Poloniae, nec non Rev. P. Procuratione Generali eiusdem Ordinis", Romae 1687; f. 137r-152v „Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Sac. Congregationis Consistoriali. Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Pro Ven. Monasteriis, & Monachis Ordinis Cisterciensium Regni Poloniae, nec non Rev. P. Procuratione Generali eiusdem Ordinis. Contra Instigatorem Fiscalem, aliosque Regios Ministros Poloniae. Facti", Romae 1687; f. 153r-160v „Relatio Super statu, & gestis circa Abbatia Regulares Poloniae, data in Congregatione Particulari, deputata a Sanctiss. D. N. I. Innocentio XII. 20. Aug. 1691", Romae 1691; f. 161r-178v „Summarium. Sacra Congreg.ne Consistoriali Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Pro RR.mis. Abbatibus, Monasteriis, & Monachis Ordinis Cistercien. Regni Poloniae, nec non Reverendiss. Procuratore Generali eiusdem Ordinis", Romae 1685; f. 179r-188v „Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Sacra Congreg.ne Consistoriali Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Pro RR.mis. Abbatibus, Monasteriis, & Monachis Ordinis Cistercien. Regni Poloniae, nec non Reverendiss. Procuratore Generali eiusdem Ordinis. Contra Instigatorem Fiscalem, aliosque Regios Ministros Poloniae. Facti", Romae 1685.

[33] ASV, Segr. Stato, Polonia 357, f. 59r-59v „Suspensio Quarumcunque indulgentiarum durante anno Universalis Iubilaei Millesimo septingesimo", Romae 1699; f. 94r-101v

– Ms. **Add.** [Additamenta] **4** „Polonia Add. IV. Varia 1650–1699", fasc. 7, s. f. continet „Memoril [!] di cose viste dal Sig.r Card.e Da Via durante toccanti l'elezione del re di Polonia 1697".

In parte **Segreteria di Stato, Avvisi** (Segr. Stato, Avvisi) asservantur etiam scripta ad Daviae nuntiaturam pertinentia in manuscriptis his:

– Ms. **58** „Avvisi. 1695. 96", 317r-317v, s. p. [326'r-326'v], 340r-340v, 350r-350v, 398r-398v, 432r-432v. Quod volumen continet 19 nuntios properos e Polonia inde a die 4 I usque ad diem 18 XII 1696 missos.

– Ms. **60** „Avvisi 1697", f. 19r-19v, 27r-27v, 36r-36v, 56r-56v, 71r-71v, 96v, 106r-106v, 107r-108v, 112r-112v, 142r-142v, 152r-152v, 154r-154v, 186v, 192r-192v, 195r-195v, ubi asservantur 15 nuntii properi e terris Reipublicae, imprimis Varsavia inde a die 1 I 1697 usque ad diem 28 X 1697 missi.

In **Archivio della Nunziatura Apostolica in Varsavia** (Arch. Nunz. Varsavia) asservantur documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia haec:

– Ms. **179** „Liber expeditionum gratia[lacuna]m concessarum tempore Ill.mi & R[lacuna] Domini D.ni Ioannis Antonii De Via Archiepiscopi Thebarum per [lacuna] & Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere Nunzii Apostolici". Adalbertus Skwarczyński cancellarius manu propria, ff. 159, continet regestrum eorum, quae nuntiatura inde a die 6 VIII 1696 usque ad diem 13 VI 1700 egit.

In collectione, quae **Fondo Albani** vocatur, aservantur documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia haec:

– Ms. **193** „CLFM. XI. Polonia. T.", f. 16r-27r. regestra epistularum datarum ad primatem Radziejowski, episcopos Polonos, senatores, legatos et nobiles, quibus tractatur de Ioannis III Sobieski mortui successore eligendo.

In **Archivio Concistoriale** (Arch. Concist.) in parte **Processus Consistoriales** (Processus Consist.) Archivii Vaticani asservantur documenta pertinentia ad processus informativos candidatorum ad sedes episcopales efferendorum:

– Ms. **91** „Processus Anni 1697", f. 85r-94v, processus informativus Nicolai Stanislai Święcicki, commendatarii abbatiae Canonicorum Regularium Lateranensium Tremesnensis, ad episcopatum Kiioviensem anno 1696 efferendi.

– Ms **93** „Processus Anni 1699", processus informativi episcoporum:

„Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papae XII. confirmatio, Innovatio, & Extensio Constitutionis Aleksandri VII de datis, & promissis pro Iustitia, vel Gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda", Romae 1700; f. 152r-152v „Insignia, Nomina, Cognomina, Dignitates & Patriae Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, a Sanctissimo D. N. Innocentio Papae XII creatorum ... die 21. Iulij Anno Iubilei 1700".

f. 105r-114v, processus Nicolai Wyżycki abbatis Cervenscensis anno 1696 ad episcopatum Culmensem efferendi; f. 404r-413v, acta processus informativi Ludovici Załuski suffragani Premisliensis ad episcopatum Plocensem anno 1698 efferendi; f. 414r-426v, acta processus informativi Nicolai Stanislai Święcicki epi Camenensis ad episcopatum Posnaniensem anno 1698 efferendi; f. 519r-532v, acta processus informativi Andreae Chrysostomi Załuski epi Plocensis ad episcopatum Varmiensem anno 1698 efferendi.

– Ms. **94** „Process. annor. 1700, 1701", f. 150r-285r continet processus informativos virorum annis 1698–1700 ad episcopatum efferendorum: f. 150r-159v, processus informavitus Stanislai Dąmbski epi Wladislaviensis Ioanne Małachowski epo Cracoviensi mortuo ad episcopatum Cracoviensem anno 1699 efferendi; f. 171r-182v, processus informavitus Constantini Zieliński suffragani Gnesnensis, epi titularis Hieropolitani Constantino Lipski aepo Leopolitano mortuo ad archiepiscopatum Leopolitanum anno 1698 efferendi; f. 274r-286v, processus informavitus Stanislai Szembek suffragani Cracoviensis, epi titularis Dionisii, qui ad episcopatum Wladislaviensem mense Iulio anno 1700 elatus est, cum Stanislaus Dąmbski epus Wladislaviensis Ioanne Małachowski epo Cracoviensi mortuo episcopatum Cracoviensem accepisset.

In **Segreteria dei Brevi** (Sec. Brev.) in parte **Registra Brevium** asservantur documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia haec:

– Ms. **1932** „1696. Innoc. XII Februariu. Pars II". In charta titulum exhibente: „Februarius 1696. Pars 2. a" f. 15r-21r, 23r, 25r-25v, 27r-27v, 29r-29v, 31r-31v, 33r-33v asservantur regestra litterarum, quae Roma in Poloniam missa sunt, quibus de nuntiatura Varsaviensi a Davia ineunda tractatur.

In **Biblioteca Apostolica Vaticana** in parte **Barberini Latini** (Barb. Lat.) documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia asservantur in manuscriptis his:

– Ms. **6664** „Nunzii 1681–1703", f. 124r-185v continet 24 epistulas nuntii inde a die 4 III 1696 usque ad diem 24 VII 1700 ad cardinalem C. Barberini datas.

– Ms. **6672** „Polonia. 1697–1700", ff. 332 continet nuntios, „avvisi" inde a die 11 V 1697 [p. 35] usque ad diem 17 III 1700 missos a Davia Romam ad cardinalem Barberini imprimis Varsavia, sed etiam Cracovia, Leopoli, Brzeżany et Rawa. Quo in manuscripto leguntur etiam nuntii Lutetia Parisiorum vel Vindobona (Gio Battista Romanini f. 17) missi, qui pertinent ad res Polonicas (scil. ad regem eligendum et ad principem Conti thronum Polonicum petentem). Quo in volumine „avvisi" continente leguntur 169 nuntii ad cardinalem Barberini missi, nomina autem omnium fere auctorum omissa sunt.

In **Archivio della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli** (olim Archivium Sanctae Congregationis de Propaganda Fide) documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia asservantur haec:

In parte „Scritture Riferite nei Congressi:

– **2** „Scritte. e Riferite nei Congressi. Moscovia, Polonia, e Ruteni dal 1675 a tt.o il 1699, f. 520r-520v, 531r-532v, 536r-538v, 540r, 576r-578v continet 6 epistulas a Davia inde a die 16 VII 1696 usque ad diem 9 VIII 1698 datas.

– **3** „Scritture Riferite nei Congressi. Moscovia, Polonia e Ruteni. Dal 1700 a tt. o 1719", f. 11r-24v asservantur 5 epistulae a Davia inde a die 19 V 1700 usque ad diem 16 VI 1700 ad cardinalem Barberini datae.

In parte „Litterae"

– **85** „Lettere della S. Cong.ne e di M.r Segr.io dell' anno 1696", f. 44r „Lettere per monsignor Segretario del 1696", f. 18v, 23r-23v, 26r-26v, 51v-52r, 61v-62r, 65r-65v asservantur 6 epistulae a Davia inde a die 9 I 1696 usque ad diem 7 V 1696 ad Congregationem de Propaganda Fide datae.

– **86** „Lettere della S. Congreg.ne e di Monsig.r dell'Anno 1697". „Lettere per la Sa. Congregatione 1697". f. 7r-7v, 34r-34v. Litterae inde a die 11 III 1697 usque ad diem 12 VI 1697 datae sunt. „Lettere per Mons.re dell'anno 1697", f. 113r, 114r-114v, 124r-124v, 133r-133v, 153v-154r, 170r-170v, 170v-171v, 175v-176r, 177v-178r, 217r-217v, 277v-278r, f. 193r-193v ad Sebastianum Accorsi Leopoli 22 VI 1697; asservantur 9 epistulae a Davia ad Congregationem de Propaganda Fide eiusque secretarium datae et 3 epistulae ad Secretariatum Status inde a die 9 III 1697 usque ad diem 20 VII 1697 datae.

– **87** „Lettere della Sa. Congre. di M. Segret. Dell'Anno 1698". „Lettere della Sac.a Congreg.ne dell'Anno 1698", f. 9r-9v, 19r-19v, 19v-21r, 62v-63r, 63v-64r, 66r-66v, 76r-79v, f. 90r „Lettere di Mons.r Seg.rio dell'Anno 1698", f. 148r-148v, 176r-176v, 187r-187v, 199v-200v, continet 9 nuntios properos inde a die 3 III 1698 usque ad diem 22 XI 1698 missos.

– **88** „Lettere della Sa. Cong.ne di Mons. Seg. Dell'Anno 1699", f. 9r-10v, 22r-22v, 46v-47r, 68r-68v, 75r-75v, 79r-79v, 107r-107v, 137r-138r, 152r-152v, 171r-172r, 178v–179v, 192v–193r, continet 12 nuntios properos inde a die 20 I 1699 usque ad mensem VIII 1699 missos.

– **89** „Lettere della Sac.ra Cong.ne di Mons.re Seg.rio dell' Anno 1700", f. 7v-8v, 13v–14v, 42v-43r, 52v-53v, 53v-54v, hoc loco Taranto: 55, 59, 89, 92, 99, 100, 116, 134, 189, 210, 224, 249, 254r-254v, continet nuntios properos inde a die 8 II 1700 usque ad diem 5 VII 1700 missos.

ITINERARIUM
NUNTII IOANNIS ANTONII DAVIA 1696-1700

1696

4 III – Colonia (ASV, BAV, Barb. Lat. 6664, f. 124r-124v)
1 V – Francofurtum (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 217r-217v, 221r)
10 V – Norimberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 246r-246v)
19 V – Vindobona (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 256r)
3 VI – Olomucium (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 282r)
16 VI – Cracovia (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 316r-316v)
26 VI – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 351r)

1697

29 VII – Przykop, locus in Varmia situs (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 409r-409v)
2 VIII – Fraumberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 412r)
9 VIII – Gedanum (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 423r)
22 VIII – Fraumberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 453r)
24 IX – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 250r)
24 X – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 481r)
9 XI – Mestovia (Mstów) (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 577r-577v)
21 XII – Nissa (Nysa) (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 632r-632v)

1698

1 I – Praga (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 1r-1v)
27 III – Glatz (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 143r-143v)
31 III – Wratislavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 146r)
15 IV – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 168r)
19 VIII – Leopolis (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 451r)
17 IX – Jaworowa (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 509r)
23 IX – Leopolis (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 520r)
20 X – Casimiria (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 646r-646v)
22 X – Casimiria (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 536r-536v)
28 X – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 539r)
4 XI – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 117, f. 361r)

1699

6 I – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 146r)
13 IX – Brestia Cuiaviensis (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 552r)

20 IX – Mogilna (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 559r-559v)
29 IX – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 564r)
22 X – Lessna (Leszno) (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 608r)
2 XI – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 146r)

1700

4 I – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 1r)
12 I – Lipsia (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 17r)
8 II – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 63r)
24 III – Praga (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 149r)
7 IV – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 166r)

INDEX FONTIUM
qui in hoc volumine publicantur

Archivio Segreto Vaticano (ASV)

Segreteria di Stato, Polonia (Segr. Stato, Polonia)
ms. 112, f. 43v-50v.
ms. 116, f. 217r-221r, 246r-246v, 256r, 266r-268r, 282r, 316r-322r, 351r-777v.
ms. 117, f. 76r-106v.

Archivio della Nunziatura Apostolica in Varsavia (Arch. Nunz. Varsavia)
ms. 179, f. 1r-26v.

Avvisi (Segr. Stato, Avvisi)
ms. 58, f. 317r-317v [sine paginis 326v, 326'-326'v], 340r-340v, 350r-350v, 398r-398v, 432r-432v.

AC Proc. Consistoriales (Arch. Concist., Processus Consist.)
ms. 91, f. 85r-94r.
ms. 93, f. 105r-114v.

Secretariatus Brevium (Sec. Brev.)
ms. 1932, f. 15r-33v.

Fondo Albani
ms. 193, f. 16r-27r.

Biblioteca Apostolica Vaticana (BV)

Barberini Latini (Barb. Lat.)
ms. 6666, „Nunzii 1681–1703", f. 124r-137r.

Archivio della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli (CPF)

Scritture Riferite nei Congressi (Scritt. Rif. Congr.):
– **2**, f. 520r-520v, 526r-526v.

Litterae:
– **85**, f. 18v, 23r-23v, 26r-26v.

OPERA
in quibus scripta Ioannis Antonii Davia publicata sunt

Davia Ioannes, Oratio habita in regiae electionis comitiis Varsaviae, die 4 Junii 1697, s.l.d.

Epistolae Metropolitarum (Kioviensium), collegerunt, illustrarunt et introductione auxerunt R. P. Theodosius T. Haluščynskyj, P. G. Athanasius Welykyj OSBM, T. III, Romae 1965, p. 199-200 (Analecta OSBM, Sectio III).

Monumenta historiques relatifs aux règnes d'Alexis Michaélowitch, Fédor III et Pierre le Grand, czars de Russie, extraits des Archives du Vatican et de Naples par Augustin Theiner, Roma 1859, p. 368-381.

Monumenta Ucrainae Historica, T. IV, collegit metropolita Andreas Šeptyckyj, Romae 1967, p. 240-290 (Editiones Universitatis Catholicae Ucrainorum S. Clementis Papae); T. XII, Romae 1975, p. 619 (Editiones Universitatis Catholicae Ucrainorum S. Clementis Papae).

Šmurlo Evgenij, Recueil de documents 1693–1700, relatifs au règne de l'Empereur Pierre le Grand, Youriev 1903, p. 105-639.

Vetera Monumenta Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia, ed. Augustinus Theiner, T. III: A Sisto PP V usque ad Innocentium PP XII, 1585–1696, Romae 1863, p. 762.

Litterae S. C. De Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bjelarusiae spectantes, collegit et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. II, Romae 1956, p. 217-229 (Analecta OSBM, Sectio III).

FONTES ET STUDIA AUXILIARIA

Brizzi Gianpaolo, Davia [familia]. In: DBI, vol. 33, Roma 1897, p. 124-125.

Brizzi Gianpaolo, Davia Giovanni Antonio. In: DBI, vol. 33, p. 127-130.

Cardella Lorenzo, Memoriali storiche di Cardinali della Santa Romana Chiesa, VIII, Roma 1749, p. 119-122.

Dizionario Biografico degli Italiani, vol. I, Roma 1960-.

Gisondi Francesco Antonio, Innocenzo XII Antonio Pignatelli (Spinazzola 1615 – Roma 1700), Roma 1994.

Guarnacci Mario, Vitae et res gestae pontificum Romanorum et S. R. E. cardinalium a Clemente X usque ad Clementem XII scriptae a Mario Guarnacci..., quibus perducitur ad nostra haec tempora historia eorundem ab Alfonso Ciacconio ... aliisque descripta a s. Pietro ad Clementem IX ..., vol. II, Romae 1751.

Halkin Leon-Ernest, Les archives des nonciatures. In: Bulletin de l'Institut Historique Belge de Rome, 23:1961, p. 672, 686.

Hildebrandt Philipp, Die Anfänge des direkten diplomatischen Verkehrs zwischen dem päpstlichen und dem preussischen Hofe. Ein Nachtrag zu „Preussen und die römische Kurie". In: Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken, vol. XV:1913, p. 358-389.

Hildebrandt Philipp, Eine Relation des wiener Nuntius über seine Verhandlungen mit Leibnitz (1700), Rom 1907.

Jastrzębska Elżbieta, Maria Casimira Sobieska de filio Iacobo throni candidato secundum nuntios a legato Polignac missos (1696–1697). In: Sobótka, 35:1980, p. 351-354.

Karttunen Liisi, Les nonciatures apostoliques permanentes de 1650 a 1800, Genève 1912, col. 56, 63, 71, 74, 78.

Kopiec I., Acta Nuntiaturae Polonae, Tomus XLI, Iulius Piazza (1706–1708). Vol. I – 18 VII 1706–31 III 1707, ed. I. Kopiec, Romae 1991.

Libiszowska Zofia, Gens Sobiesciorum in Europa post Ioannis III mortem. In: Sobótka, 35:1980, p. 356-368.

Meysztowicz Valerianus, De Archivio Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivio Secreto Vaticano, Città del Vaticano 1944.

Meysztowicz Valerianus, Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani, Città del Vaticano 1943 (Studia Theologica, vol. 11).

Morandi Carlo, Relazioni di ambasciatori sabaudi, genovesi e veneti durante il periodo della grande alleanza e della successione di Spagna (1693–1713), Bologna 1935, p. 201.

Moroni G., Dizionario di erudizione storico-ecclesiastico da S. Pietro sino ai nostri giorni specialmente intorno ai principali santi, beati, martiri, padri ai sovrani pontefici, cardinali e più celebri scrittori ecclesiastici, ai varii gradi della gerarchia della Chiesa cattolica, alle città patriarcali, arcivescovili e vescovili, agli scismi, alle eresie, ai concili, alle feste più solenni, ai riti, alle ceremonie sacre, alle capelle papali, cardinalizie e prelatizie, agli ordini religiosi, militari, equestrii ed ospitalieri, non che alla corte Romana ed alla famiglia pontificia, ec., ec., ec. compilazione di Gaetano Moroni Romano primo aiutante di Camera di S. S., vol. I-CIII, Venezia 1840–1861; Indice generale alfabetico delle materie del Dizionario di erudizione Storico-Ecclesiastica compilato dall' autore stesso Cav. Gaetano Moroni Romano aiutante di Camera di Sommi Pontefici Gregorio XVI e Pio IX, vol. I-VI, Venezia 1878–1879; vol. XIX, Roma..., p. 162-163; vol. XXIX, p. 170, vol. LIV, p. 67, vol. LXI, p. 271.

[Varsaviae 28 XII 1696], ASV, Segr. Stato, Avvisi 58 f. 432r-432v

391. Innocentius Winnicki ad Congregationem de Propaganda Fide
Varsaviae 28 XII 1696, CPF Scritt. Rif. Congr. 2 f. 526r-526v

TEXTUS

N. 1

Facultates generales ab Innocentio XII pontifice maximo Ioanni Antonio Daviae nuntio concessae

Romae 13 II 1696

Pontificem maximum concedere ei in Regno Poloniae facultates: visitandi et reformandi personas et loca ecclesiastica; personas tam saeculares quam regulares, etiam exemptas, male viventes ad honestum vitae modum revocandi; omnes criminales, civiles, matrimoniales et beneficiales merasque et mixas causas iudicandi; contra inoboedientes poenas apponendi et auxilium brachii saecularis invocandi; a quibusvis censuris et poenis absolvendi eos, qui ad sacros ordines ante legitimam aetatem vel sine dimissoriis sui ordinarii aut extra tempora promoveri se fecerint; dispensandi super irregularitatibus ad omnes ordines et super impedimentis ad matrimonium; conferendi ad beneficia ecclesiastica saecularia et quorumvis ordinum regularia Apostolicae Sedi reservata: dispensandi cum personis loca pia ultramarina visitare volentibus, indulgentias impertiendi.
Kopiec I, p. 4.

> ***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 15r-21r. Sub textu f. 22v. „Pro Ioanne Antonio archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Nuntiatura Poloniae".*
> *Kopiec, Vol. I, p. 4-12.*

Venerabili Fratri Ioanni Antonio Archiepiscopo Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem[1] illustrem nostro et Apostolicae Sedis nuntio

Innocentius Papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Romanus Pontifex cum suos et Apostolicae Sedis nuntios ad regna remota destinat, eosdem apostolicis privilegiis, quantum temporis et locorum ratio requirit, cumulate prosequi consuevit, ut ipsi privilegiis huiusmodi suffulti, eiusdem Sedis benignitatem erga illius fideles et devotos, cum occasio tulerit, valeant salubriter impertiri. Cum itaque nos Te, ob singularem erga nos et Apostolicam Sedem fidem et devotionem, doctrinam, prudentiam et in rebus agendis industriam et solertiam aliasque praeclaras animi tui dotes, nostrum et eiusdem Sedis nuntium ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem cum potestate legati de latere destinaverimus, ut mandatis consiliisque nostris instructus

[1] Ioannes III Sobieski (1629–1696), rex Polonorum (1674–17 VI 1696).

Sanctae Romanae Ecclesiae et nostra ortodoxaeque fidei negotia ad totius Reipublicae Christianae salutem pro viribus exsequaris; nos eius Regni locorum a nobis longinquorum ac personarum eorumdem saluti et statui per operam et ministerium tuum in Domino consulere volentes, hoc tuum munus specialibus facultatibus prosequendum censuimus, quibus suffultus iuxta datam Tibi a Domino sapientiam ibi utaris moderate et prudenter, prout ad Dei gloriam, populorum solamen et aedificationem ac ipsius Sedis decorem videris expedire. Itaque, ut locis et personis praedicti Regni nec non Lithuaniae, Prussiae, Masoviae, caeterorumque omnium ducatuum, comitatuum, provinciarum, civitatum, terrarum et dominiorum dicto Ioanni regi quomodolibet subiectorum opportune consulere, Teque erga illos utilem et benignum exhibere possis, Tibi legatione tua huiusmodi durante et [15v] intra illius fines atque erga illius personas et loca ibi existentia, dumtaxat per Te ipsum vel alium seu alios viros probos et idoneos, primatiales, metropolitanas et alias cathedrales ac collegiatas et parochiales ecclesias, nec non monasteria, tam virorum quam mulierum, prioratus, praepositatus, praeposituras et loca saecularia et quorumvis ordinum etiam mendicantium regularia, nec non hospitalia, etiam exempta dictaeque Sedi immediate subiecta et quocumque alio privilegio suffulta, eorumque capitula, conventus, universitates, collegia et personas tam saeculares quam regulares, etiam, ut praedicitur, exemptas et subiectas, quoties Tibi videbitur, iuxta sacros canones et decreta Concilii Tridentini apostolica auctoritate visitandi, et in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen et consuetudines, vitam, mores, ritus et disciplinam, tam coniunctim quam divisim, ac tam in capite quam in membris diligenter inquirendi, necnon evangelicae et apostolicae doctrinae ac sacrorum canonum et conciliorum generalium decretis ac sanctorum patrum traditionibus atque institutis inhaerendo, et prout occasio rerumque qualitas exegerit, quacumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione et etiam ex integro editione indigere cognoveris, reformandi, mutandi, corrigendi, et de novo condendi, condita sacris canonibus et Concilii Tridentini decretis non repugnantia approbandi, publicandi et exsecutioni demandari faciendi, abusus quoscumque tollendi, regulas, constitutiones, observationes et ecclesiasticam disciplinam, ubicumque illae exciderint, modis congruis restituendi et reintegrandi, praedicti Concilii Tridentini decreta, ubi nondum introducta sunt, proponendi et introducendi, ac custodiri praecipiendi ipsasque personas, tam saeculares quam regulares, etiam exemptas et privilegiatas, male viventes [16r] seu relaxatas atque ab illarum institutis deviantes seu alias quomodolibet delinquentes inquirendi, corrigendi, emendandi, coercendi et puniendi et ad debitum et honestum vitae modum revocandi, prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis, ac quidquid inde statueris et ordinaveris, perpetuo observari faciendi; contra inoboedientes, falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et alios criminosos et delinquentes quoscumque, etiam exemptos, eorumque

fautores et receptatores cuiuscumque dignitatis, ordinis vel condicionis fuerint, per viam accusationis vel denuntiationis, aut ex officio etiam summarie, simpliciter et de plano et sine strepitu et figura iudicii similiter inquirendi et procedendi, reosque, prout canonicae requirunt sanctiones et alias Tibi videbitur expedire puniendi; insuper praedictorum criminum et alias quascumque criminales, civiles, matrimoniales et beneficiales, merasque et mixtas, ecclesiasticas et profanas, seu alias ad forum ecclesiasticum quomodolibet attinentes causas, praeterquam in prima instantia, nisi per appellationem ab irreparabili gravamine vel sententia vim diffinitivae habente, tam per viam recursus vel simplicis quaerelae quam etiam quarumcumque appellationum a quibuscumque iudicibus ordinariis, etiam a Sede praedicta delegatis, interpositarum et dicta legatione durante interponendarum vigore ac alias quomodolibet pro tempore devolutas, motas et movendas, cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, terminisque etiam substantialibus, etiam unico contextu servatis vel illarum loco praefixo termino, arbitrio Tuo procedendo audiendi et fine debito, prout iuris fuerit, terminandi et ad hunc caeterorumque contingentium [16v] effectum quoscumque etiam per edictum publicum, constito prius etiam summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu, citandi et monendi eisque ac etiam quibuscumque iudicibus caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum, ac etiam sub censuris et poenis ecclesiasticis, Tuo vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis et applicandis inhibendi; contra inoboedientes et rebelles quoslibet censuras et poenas, ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi et relaxandi et auxilium brachii saecularis invocandi, seu causas ipsas alii vel aliis idoneis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, modo et forma praemissis ac cum simili vel limitata potestate (praeterquam in eadem prima instantia, ut supra) pariter audiendas et terminandas delegandi, quascumque personas adversus sententias, res iudicatas et contractus quoscumque, prout iuris fuerit, in integrum restituendi; quoscumque a quibusvis censuris et poenis, simpliciter vel ad cautelam, siet postquam congrue, prout debent, tam partibus quam iudicibus satisfecerint, prout iuris fuerit, absolvendi. Praeterea quoscumque ad Te recurrentes, qui homicidium etiam voluntarium, sacrilegium, simoniam et periurii reatum quomodocumque commiserint, quique bellis interfuerint, qui manus violatas in clericos et presbyteros (non tamen episcopos aut superiores prelatos, nec in favorem haeresis vel haereticorum) iniecerint, necnon qui ratione beneficiorum per eos obtentorum horas canonicas non recitaverint, vel qui infra tempus a iure statutum vel in fundatione aut alias requisitum se ad sacros ordines promoveri non fecerint, et qui ante legitimam aetatem ad sacros ordines sine dispensatione apostolica vel sine dimissoriis sui ordinarii,

aut extra tempora a iure statuta aut per saltum vel alias ex quavis causa male promoveri se fecerint, quique beneficia [17r] ecclesiastica incompatibilia, etiam contra constitutionem felicis recordationis Ioannis Papae XXII praedecessoris nostri, quae incipit *Exsecrabilis*, aut alias indebite detinuerint, etiam si ipsi et alii quicumque ex aliis quibusvis causis fructus ecclesiasticos indebite quomodocumque perceperint, et praeterea eos, qui adulterium, incesturam, fornicationem aut aliud quodcumque peccatum carnis perpetraverint, necnon litterarum et supplicationum apostolicarum falsarios, usurarios, raptores, incendiarios et aliorum quorumcumque criminum ad forum ecclesiasticum pertinentium reos, tam clericos quam laicos, si hoc a Te humiliter petierint, homicidas voluntarios videlicet, ac in susceptis ordinibus simoniacos clericos, ad altaris ministerium perpetuo ante aetatem legitimam promotos, eis tamdiu ab executione suorum ordinum, ad quos ante aetatem promoti fuerint, donec ad eandem aetatem legitimam pervenerint et amplius arbitrio tuo suspensis, alios vero simoniae labe occassione beneficiorum infectos, beneficiis ipsis prius realiter et cum effectu dimissis, et qui beneficia contra dictam constitutionem *Exsecrabilis* aut alias indebite retinuerint, illis pariter dimissis, necnon qui fructus ecclesiasticos indebite perceperint, illis pro facultate impetrantium arbitrio tuo ecclesiis et locis, unde profecti sunt, restitutis vel in pauperes erogatis, vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte remissis;

usurarios vero, facta prius usurarum restitutione, falsarios autem, incendiarios et raptores, facta condigna satisfactione aliisque iniunctis paenitentiis salutaribus et aliis iniungendis, in utroque foro absolvendi necnon cum omnibus et singulis praefatis super irregularitate per eos praemissorum occasione vel alias quomodolibet (praeterquam ex causa homicidii voluntarii, simoniae realis, bigamiae et defectus natalium) contracta sive quod huiusmodi sententiis, censuris et poenis ligati Divinis (non tamen in contemptum [17v] clavium) se immiscuerint ita, ut illa non obstante, nisi aliud canonum obstat impedimentum, promoveri possint ad reliquos sacros ordines, servata forma Concilii Tridentini, et in illis promoti in altaris ministerio ministrare et quaecumque alia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura recipere et retinere, dummodo plura non sint quam quae iuxta eiusdem Concilii Tridentini decreta permittuntur, libere et licite possint, dispensandi omnemque inhabilitatem et infamiae maculam sive notam contra eos insurgentem abolendi, ac eos in pristinum, et eum, in quo antea erant, statum restituendi, necnon apostatas ab ordine sive religione, postquam ad ovile redierint vel si necessitas aut utilitas postulaverit, ad alios ordines pares vel strictiores transierint, ac prorsus quoscumque alios in omnibus et quibuscumque aliis casibus tam ordinariis locorum quam etiam Sedi praedictae reservatis (non tamen contentis in litteris *Die Coenae Domini* legi solitis) necnon ex communibus aliisque sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis, et

temporalibus, quas propterea quomodolibet incurrerint, salutaribus paenitentiis iniunctis et aliis iniungendis, etiam in utroque foro per Te vel alium absolvendi ac quibusvis in aetate legitima constitutis et alias idoneis clericis et sacerdotali militiae adscribi volentes, qui competenter beneficiati et adeo arctati fuerint ratione beneficiorum per eos obtentorum, ut si tempora a iure statuta expectarentur, beneficia ipsa propter eorum non promotionem vacarent, ut ad titulum beneficiorum huiusmodi ad omnes sacros etiam praesbyteratus ordines, a suo in unitate fidei et dictae Sedis oboedientia perseverante, alioquin cum illius dimissoriis litteris a quocumque alio, quem maluerint, catholico antistitie gratiam et communionem Sedis praedictae habente, extra Romanam Curiam et in propria dioecesi residente, vel in aliena de dioecesani loci consensu, pontificalia [18r] exercendi quibusvis tribus dominicis seu aliis festivis de praecepto Ecclesiae servari solitis diebus, non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio interpolatis (arbitrio eiusdem antistitis definiendo[2]) etiam extra tempora a iure statuta, ac etiam quibusvis aliis iuxta canonicas sanctiones qualificatis necnon civitatis et dioecesis, in quibus similes antistites non fuerint, ut pariter cum iisdem dimissoriis litteris a quocumque alio, quem maluerint, catholico antistite clericali charactere insigniri ac ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines promoveri et in illis sic promoti etiam in altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi;

insuper cum corpore vitiatis, dummodo non sit tanta deformitas, qua scandalum generet in populo aut Divinis praestet impedimentum, ut pariter ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines promoveri cum graduatis ad quorum centum, cum aliis vero, quorum quinquaginta ducatorum auri de camera secundum computum valorem annui fructus, redditus et proventus non excedunt, ut quaecumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et praebendae ac dignitates ipsae post pontificalem maiores vel parochiales ecclesiae, seu earum perpetuae vicariae fuerint, si sibi alias canonice conferantur, seu ipsi praesententur vel assumantur ad ea et instituantur in eis, recipere et, dummodo plura simul non sint, retinere, et simili modo super impedimento publicae honestatis, iustitiae, ubi solum sponsalia intervenerint, ac cum eis, qui per fornicationem sive adulterium se polluerint, dummodo in mortem defuncti coniugis quidquam machinati non fuerint, ut matrimonium inter se contrahere et in facie Ecclesiae solemnizare ac pariter in eo remanere libere et licite valeant, dispensandi, prolemque exinde susceptam et suscipiendam legitimam decernendi atque nuntiandi; ad haec quaecumquae beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia [18v] et quorumvis ordinum regularia in Regno, ducatibus, comitatibus, provinciis, civitatibus, terris et locis in dominiis praedictis consistentia, etiamsi saecularia: canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes

[2] Scriptum in margine.

vel officia, parochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, regularia vero beneficia huiusmodi prioratus, praepositurae, dignitates, praepositatus, personatus, administrationes vel officia fuerint, et ad prioratus, praeposituras, dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi, consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, dummodo saecularia: canonicatus et prebendae seu dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus et collegiatis ecclesiis principales, regularia vero beneficia huiusmodi conventuales, dignitates aut monasteria non sint, ac nulla beneficia praedicta dispositioni apostolicae, alias quam ratione vacationis illorum in mensibus, in quibus vacantium beneficiorum dispositio nobis, et Apostolicae Sedi reservata exsistit vel pro tempore erit reservata vel affecta exsistant per obitum illorum possessorum, aut alias quovis modo ac ex quorumcumque personis extra Romanam Curiam et infra limites Tuae legationis vacantia et vacatura personis idoneis iuxta Concilii Tridentini aut alias canonicas sanctiones qualificatis et servata in parochialibus ecclesiis praedicti Concilii Tridentini forma, conferendi et de illis etiam providendi; ac quascumque monitoriales poenalesque litteras in forma significari consueta contra occultos et ignotos malefactores et malefacta revelare differentes, servata forma eiusdem Concilii et constitutionum felicis recordationis Pii Papae V etiam praedecessoris in Cancellaria Apostolica publicatarum, concedendi, necnon permutationes rerum et bonorum ecclesiasticorum quorumcumque, quorum valor annuus summam quinque ducatorum aureorum de camera non [19r] excedat, cum aliis similibus fundo et fructu melioribus bonis in evidentem utilitatem ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum, servata forma litterarum piae memoriae Pauli Papae II, similiter praedecessoris nostri, etiam super hoc editarum, et alias in forma solita confirmandi et, ut aliae simili modo fiant, licentiam tribuendi; postremo quibuscumque utriusque sexus personis ecclesiasticis et saecularibus, quas ad loca ecclesiastico interdicto intra fines tuae legationis, etiam auctoritate apostolica supposita, declinare contigerit, ut in eis ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, in sua domesticorum et familiarium suorum praesentia celebrare et celebrari facere possint, licentiam tribuendi; item omnibus utriusque sexus christifidelibus ad pia et salutaria opera exercenda centum et amplius dies citra annum, necnon vere paenitentibus et confessis ac sacra Communione refectis, qui quascumque saeculares vel regulares ecclesias vel capellas in una vel duabus anni festivitatibus, dumtaxat a primis vesperis usque ad occasum solis cuiuscumque festi diei visitaverint et pro unione principum Christianorum ac fidei catholicae propagatione ac haeresum exstirpatione pias preces Altissimo fuderint, quo die festo id egerint, septem annos et totidiem quadragenas aut infra de iniunctis eis, aut alias debitis paenitentiis misericorditer in Domino relaxandi, ita quod relaxatio huiusmondi semel tamen pro una ecclesia vel

capella fiat, et si pro duabus festis concedatur, ad triennium, pro uno vero concessa ad quinquennium tantummodo debeat perdurare, necnon vota quaecumque (ultramarino, visitationis liminum Beatorum Petri et Pauli Apostolorum [19v] de Urbe, Beatae Mariae de Laureto, Sancti Iacobi in Compostella, ac castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi ac iuramenta quaecumque ad effectum agendi dumtaxat relaxandi; insuper quibusvis personis ecclesiasticis saecularibus, etiam presbyteris, ut leges et iura civilia ad quinquennium audire, et in illis studere et quoscumque actus scholasticos exercere et in eis postquam idonei fuerint, gradus consuetos suscipere, denique omnibus et quibuscumque ecclesiasticis personis, etiam presbyteris, ut de bonis et rebus ecclesiasticis iuxta formam in quinterno Cancellariae Apostolicae adnotatam testari et disponere possint, facultatem concedendi, ac ut concessiones, gratiae et litterae per Te vigore praesentium concedendae, sublatis obstaculis, suum sortiantur effectum, quascumque personas ad effectum dumtaxat omnium et singulorum praemissorum consequendum ab omnibus et quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque [poenis] innodatae fuerint, dummodo in eis per annum non insorduerint, absolvendi et absolutas fore censendi, vicesque Tuas in praemissis in toto sive in parte committendi, iudices, assistentes, commissarios et exsecutores pro praesentarum et litterarum Tuarum exsecutione et observatione delegandi, mandata, prohibitiones et monitoria, etiam sub censuris et aliis poenis praedictis caeterisque bene visis remediis, etiam appellatione postposita, decernendi, ac omnia et quaecumque alia in praemissis et circa ea necessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi et exequendi, etiam per alium seu alios, auctoritate apostolica, tenore praesentium plenam et liberam facultatem et auctoritatem concedimus; decernentes Te omnibus facultatibus et concessionibus praefatis, etiam cum derogatione, suspensis, indultis irritantibus, et aliis decretis et clausulis necessariis [20r] et opportunis ac in litteris apostolicis concedi et extendi solitis in quibuscumque partibus legationis praedictae libere et licite uti posse, ac in concessionibus, gratiis et aliis per Te auctoritate praesentium Tuaeque legationis faciendis, soli narrativae Tuae ac etiam solis concessionibus et litteris Tuis absque alia praesentium insertione seu exhibitione, sive notarii testiumve adhibitione stari, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri sicque per quoscumque iudices et auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata etc. et attentari; non obstantibus litteris felicis memoriae Sixti Papae IV, etiam praedecessoris nostri, quibus inter alia cavetur expresse, quod nuntii dictae Sedis etiam cum potestate legati de latere, tam quoad beneficia conferenda quam dispensationes et alias gratias concedendas, facultatibus uti non possint nec quaevis clausulae in litteris facultatum huiusmodi appositae adversus dictas litteras quidquam suffragentur, necnon de fructibus et aliis praesentis ac quorumcumque conciliorum universalium,

provincialium et synodalium etiam recenti memoria Bonifacii Papae VIII, pariter praedecessoris nostri, de una et duabus dictis aliisque apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, necnon Cancellariae Apostolicae regulis, nullis prorsus exceptis, et quae singillatim in quacumque re exprimi possint, statutis quoque et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, universitatum, collegiorum, civitatum et locorum huiusmodi, necnon ordinum quorumcumque etiam roboratis, etiamsi de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra illa et illis etiam ab alio vel aliis impetratis seu alias quovis modo concessis non utendo personae praestiterint eatenus vel in posterum praestare contigerit iuramentum, ac quibusvis aliis privilegiis et indultis apostolicis, generalibus [20v] vel specialibus quorumcumque, etiam Cisterciensis et Cluniacensis, ordinum et ipsorum superioribus et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam clausulis et decretis per quoscumque ac quotiescumque concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus caeterisque contrariis quibuscumque, ubi et quando expediet, secundum rei et casus exigentiam in genere vel in specie ac tam coniunctim quam divisim valeas derogare ac super his indulgere. Quodque aliqui super provisionibus et faciendis de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae Sedis aut legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus personas, in quarum favorem per Te de beneficiis praedictis providebitur aut alias disponetur, in eorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari, seu si locorum ordinariis vel collectoribus vel quibusvis aliis communiter etc. indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem, coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas etc. mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indultis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum exsistant, per quae praesentibus necnon litteris per te earundem praesentium vigore concedendis, non expressa vel omnino non inserta, effectus earum impediri valeat [21r] quomodolibet vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus etc. mentio specialis. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu regentis cancellariae tuae ac sigillo tuo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio vel extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis presentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Dat[um] [apud] S[anctam] M[ariam] M[aiorem] 13 Feb[rua]rii 1696, a[nn]o 5.o.

[in margine a laeva manu] Pro Io[ann]e Antonio archie[pisco]po Thebarum nuntio Poloniae. Nuntiatura Poloniae cum solitis facultatibus iuxta expedit pro eius praedecessore.

[a-]Placet, A[ntonius][-a][3]

[a-]I[oannes] F[ranciscus] card[ina]lis Albanus[-a][4]

[a-a] *autographum*

N. 2

Innocentius XII ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 15 II 1696

Indultum exercendi pontificalia.

***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 23r. Ad finem f. 24v „Pro Ioanne Antonio Archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Indultum exercendi pontificalia".*

Venerabili Fratri Ioanni Antonio archiepiscopo Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

Innocentius Papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Personam tuam nobis et Apostolicae Sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia ac specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, Tibi ut in quibusque locis, ubi Te pro tempore adesse contigerit, quotiescumque de iure ex praescripto sacrorum canonum et

---

[3] Manu Innocentii XII papae. Antonius Pignatelli del Rastrello (1615–1700). Anno 1635 vicedelegatus Urbinatensis. Annis 1642–1649 inquisitor Melitensis. Gubernator Viterbiensis. Anno 1652 aepus Larisaeus. Nuntius apud Polonos annis 1660–1668, nuntius Vindobonensis annis 1668–1671. Inde ab anno 1671 epus Lyciensis titulo personali aepi ornatus. In consistorio die 1 IX 1681 habito cardinalis-presbyter ab Alexandro VIII creatus est. Epus Faventinus titulo personali aepi ornatus inde a die 12 I 1682. Die 30 IX 1686 aepus Neapolitanus factus est. Conclavibus anno 1689 et anno 1691 habitis interfuit. Die 12 VII 1691 pontifex maximus creatus est. Obiit die 27 IX 1700.

[4] Card. Ioannes Franciscus (Gianfrancesco) Albani, Clemens XI (1649–1721). Anno 1677 praelatus pontificius. Gubernator Reatinus, Sabinus, Urbevetanus. Inde a die 5 X 1687 usque ad annum 1700 Secretarius Brevium. In consistorio die 13 II 1690 habito cardinalis-diaconus ab Alexandro VIII factus. Mense IX 1700 sacerdos, mense X 1700 epus consecratus est. In conclavi die 23 XI 1700 habito Clemens IX pontifex maximus factus est (1700–1721). Mortuus est die 19 III 1721.

Concilii Tridentini decretorum tibi licebit, pontificalia exercere libere et licite valeas, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum [apud] S[anctam] M[ariam] M[aiorem] 15 Feb[rua]rii 1696, a[nn]o 5.o.
[in margine a laeva manu]: Pro Ioanne Antonio archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Indultum exercendi pontificalia. Est iuxta expedit pro aliis.

[a–a]Placet, A[ntonius][–a][1]
[a–a]I[oannes] F[ranciscus] card[ina]lis Albanus[–a][2]

[a–a] *autographum*

N. 3

Innocentius XII pontifex maximus ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 15 II 1696

Impertit ei facultatem concedendi quinquaginta personis nobilibus licentiam in oratoriis privatis missam celebrandi et quinquaginta aliis altare portatile possidendi.
Kopiec I, p. 12.

> ***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, 25r-25v. Sub textu f. 26v „Pro Ioanne Antonio archiepiscpo Thebarum nuntio Poloniae. Concedendi quinquaginta nobilibus licentiam celebrari faciendam domi, et aliis 50 altare portatile".*
> *Kopiec: Vol. I, p. 13.*

Venerabili Fratri Ioanni Antonio archiepiscopo Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem, nostro et Apostolicae Sedis nuntio

Innocentius Papa XII.

Venerabilis, salutem. Ut Tu, quem nuper nostrorum et Apostolicae Sedis apud carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).
[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

nuncium deputavimus, spirituali consolationi ac commoditati personarum illarum partium melius consulere valeas, supplicationibus Tuo nomine etc. inclinati, Fraternitati Tuae, ut quinquaginta personis nobilibus illarum partium ex aliqua tibi bene visa causa, quod in privatis quisque domorum suarum oratoriis ad hoc decenter muro exstructis et ornatis seu exstruendis et ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis, per ordinarium loci prius visitandis et approbandis, ac de ipsius ordinarii licentia eius arbitrio duratura, unam missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia alteri concessa non fuerit, per quemcumque sacerdotem ab eodem ordinario approbatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quocumque iurium parochialium praeiudicio, ac Paschalis Resurrectionis, Pentecostes et Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi aliisque sollemnioribus anni festis diebus exceptis; necnon quinquaginta aliis personis similibus, ut in itinere per eos pro tempore faciendo altare portatile, debitis tamen cum honore et reverentia, habere et super eo, ubi ecclesiarum commoditas defuerit, et in casu necessitatis tamen sacrosanctum missae sacrificium per quemcumque sacerdotem approbatum saecularem vel regularem, ut supra, in locis ad id congruis ac decentibus in sua ac familiarium suarum praesentia celebrari facere libere [25v] et licite valeant, concedendi et indulgendi facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et impertimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod familiares servitiis eorum, quibus similes licentias in oratoriis huiusmodi celebrandi per te vigore praesentium concedi contigerit, non necessarii inibi missae interessentes ab obligatione audiendi missam in ecclesia diebus festis de praecepto minime liberi conseantur.

Dat[um] [apud] S[anctam] M[ariam] M[aiorem] 15 Februarii 1696 a[nn]o 5.o.

[in margine a laeva manu] Pro Ioanno Antonio archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Facultas concedendi quinquaginta personis nobilibus licentiam celebrari faciendam, et aliis quinquaginta licentiam habendi altare portatile. Est iuxta expedit pro nuntiis praedecessoribus.

[a–a]Placet, A[ntonius][–a1]

[a–a]I[oannes] F[ranciscus] card[ina]lis Albanus[–a2]

[a–a] *autographum*

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).

[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

N. 4

Innocentius XII pontifex maximus ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 15 II 1696

Impertit ei facultatem promovendi extra tempora et dispensandi super defectu natalium ad ordines et beneficia, non tamen ad dignitates maiores in cathedralibus neque principales in collegiatis ecclesiis.
Kopiec I, p. 15.

> ***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 27r-27v. Ad finem f. 28v „Pro Ioanne Antonio archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Promovendi extra tempora et dispensandi super natalibus ad ordines et beneficia".*
> *Kopiec, Vol. I, p. 15-16.*

Venerabili Fratri Ioanni Antonio archiepiscopo Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

Innocentius Papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Ut necessitatibus ecclesiarum intra fines tuae legationis consistentium ob ministrorum idoneorum defectum prospicere et erga personas illarum partium, quas Tu in catholica fide constantes ac vitae et morum probitate aliisque virtutum meritis praeditas esse cognoveris, nostram et Apostolicae Sedis beneficentiam melius exercere valeas, de Fraternitatis Tuae singulari fide, prudentia et catholicae religionis zelo plurimum in Domino confisi, ultra alias Tibi per nos concessas facultates, quas praesentibus pro expressis haberi volumus, eidem Fraternitati Tuae, ut durante tua legatione huiusmodi et intra illius fines quoscumque clericos, partium illarum dumtaxat, idoneos tamen et in aetate legitima constitutos, et alias a sacris canonibus et Concilio Tridentino requisita habentes, sacerdotali militiae adscribi volentes ad sufficientem beneficiorum titulum, cum ecclesiarum praedictarum necessitas postulaverit, servata forma canonum et concilii praedictorum, ad quattuor minores, quatenus illos nondum susceperint, quattuor feriatis vel non feriatis et deinde ad sacros subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines tribus Dominicis seu aliis festivis diebus (non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio arbitrio tuo definiendo interpolatis) etiam extra tempora ad id a iure statuta et interstitiis a praedicto Concilio Tridentino designatis minime servatis annique curriculo non exspectato, etiamsi in unoquoque ex sacris susceptis ordinibus, antequam ad alium promoveantur, se minime exercuerint, ad sufficientem patrimonii seu beneficii titulum per te seu alios catholicos antistites a te deputandos promoveri, ipsique sic promoti

in altaris ministerio ministrare libere et licite valeant ac cum quibusvis defectum natalium patientibus partium praedictarum, per te tamen et cum iis tantum, quos paterne incontinentiae imitatores non essent, ac doctrinae vitaeque ac morum honestate et aliis virtutum meritis commendatos excellere cognoveris, super quo conscientiam tuam oneramus, si, ut defectu [27v] natalium aliisque praemissis non obstantibus, qui clericali charactere insigniti non fuerint, illo insigniri ac ad omnes, etiam sacros et presbyteratus ordines, si nondum fuerint promoti, promoveri et in eis susceptis, etiam in altaris ministerio ministrare ac quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, se alias invicem compatientia quomodolibet qualificata et nuncupata (non tamen dignitates post pontificales maiores aut canonicatus et praebendas in cathedralibus ac dignitates principales in collegiatis ecclesiis) recipere et retinere libere et licite possint, per te ipsum tantum dispensare libere et licite possis et valeas apostolica auctoritate tenore praesentium facultatem tribuimus et impartimur; non obstantibus praemissis ac Pictaviensis Concilii necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi fuerint, etiam et statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat[um] Romae apud S[anctam] M[ariam] M[aiorem], 15 Februarii 1696, anno 5.o.

[in margine a laeva manu] Pro Ioanne Antonio archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Facultas promovendi extra tempora et dispensandi super defectu natalium ad ordines et beneficia, non tamen dignitates maiores in cathedralibus neque principales in collegiatis ecclesiasticis et cum restrictiva quoad facultatem promovendi extra tempora ad sacros ordines tribus Dominicis, seu aliis festivis diebus (non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio arbitrio oratoris definiendo interpolatis) caeteraque iuxta expedit pro nuntiis eius praedecessoribus.

[a–]Placet, A[ntonius][–a] [1]

[a–]I[oannes] F[ranciscus] card[ina]lis Albanus[–a] [2]

[a–a] *autographum*

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).

[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

N. 5

Innocentius XII pontifex maximus
ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 15 II 1696

Extendit facultates ei concessas ad exercitum regis Poloniae contra Turcas conscribendum.
Kopiec I, p. 14.

***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, k. 29r-29v. Sub textu f. 30v „Pro Ioanne Antonio Archiepiscopo Thebarum nuntio Poloniae. Extensio facultatum ad exercitum contra Turcas".*
Kopiec, Vol. I, p. 14-15.

Innocentius Papa XII.

Ad futuram etc. Ad ea, per quae spirituali personarum in carissimi in Christo filii nostri Ioannis Poloniae regis illustris exercitu contra Turcas pro tempore conscripto, militantium consolationi et animarum saluti consulitur, libenter intendimus ac desuper officii nostri partes favorabiliter interponimus. Nuper siquidem venerabilem fratrem Ioannem Antonium archiepiscopum Thebarum nostrum et Apostolicae Sedis, ad praedictum Ioannem regem nuntium cum potestate legati de latere destinavimus, atque Regni Poloniae eiusque locorum et personarum statui et saluti opera eiusdem Ioanni Antonio archiepiscopo facultates concessimus, prout in nostris desuper in simili forma brevis expeditis litteris plenius continentur. Cum autem evenire possit, ut durante munere nuntii huiusmodi exercitus contra Turcas conscribantur, et eundem exercitum pro fidei catholicae et eiusdem Regni defensione extra illius fines progredi oporteat, idcirco nos facultatem et litterarum praefatarum tenores praesentibus pro expressis habentes, in eventum conscriptionis et progressus exercitus contra Turcas, huiusmodi omnes et quascumque facultates Ioanni Antonio archiepiscopo praedicto a nobis, ut praedicitur, concessas ad omnes et singulas personas exercitus praedicti, ut praefertur, contra Turcas conscribendi, in quocumque loco fuerit, apostolica auctoritate tenore praesentium extendimus et ampliamus, ac Ioannem Antonium archiepiscopum praedictum dictis facultatibus, cum omnibus [29v] et singulis personis in dicto exercitu, quocumque loco fuerit, militantibus uti illasque exercere libere et licite posse decernimus et declaramus; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Da[tum] a[pud] S[anctam] M[ariam] M[aiorem] 15 Feb[rua]rii 1696 a[nn]o 5.o.

Extensio facultatum illi concessarum ad exercitum regis Poloniae contra Turcas, quatenus conscribatur et procedat extra Regnum Poloniae, durante eius munere nuntii huiusmodi. Est iuxta expedit pro eius praedecessore.

[a]-Placet, A[ntonius]-[a][1]

[a]-I[oannes] F[ranciscus] card[ina]lis Albanus-[a][2]

[a]-[a] *autographum*

N. 6

Innocentius XII pontifex maximus ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 15 II 1696

Impertit ei facultatem creandi sex protonotarios apostolicos.
Kopiec I, p. 17.

***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 31r-31v. Ad finem f. 32v „Pro Ioanne Antonio Archi[episco]po Thebarum Nuntio Poloniae. Creandi sex protonotarios". Kopiec, Vol. I, p. 17-18.*

Venerabili Fratri Ioanni Antonio Archiepiscopo Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

Innocentius Papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Cum nos hodie Te ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem, nostrum et Sedis Apostolicae nuntium cum facultatibus Tibi ad hoc munus obeundum necessariis et opportunis deputaverimus, prout in nostris desuper expeditis litteris latius et plenius continentur; nunc, ut munus ipsum maiori cum utilitate et dictae Sedis decore valeas adimplere, ultra alias facultates tibi sex tantum viros

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).
[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

ecclesiasticos virtute et meritis praestantes ac nostri et Apostolicae Sedis imprimis devotos, in nostros et eiusdem Sedis notarios auctoritate nostra apostolica recipiendi et admittendi, ac illos aliorum nostrorum et dictae Sedis notariorum numero et consortio favorabiliter aggregandi, eisque, ut, etiamsi habitum et rocchettum non deferant, nihilominus omnibus et singulis facultatibus, honoribus et praeeminentiis, indultis, privilegiis, exemptionibus et praerogativis, quibus alii nostri et dictae Sedis notarii tam de iure quam de consuetudine utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (absque tamen aliorum nostrorum eiusdem Sedis notariorum de numero participantium praeiudicio et citra exemptiones a sacro Concilio Tridentino sublatas et facultates legitimandi, ad gradus promovendi et notarios creandi aliaque similia privilegia eisdem notariis de numero participantium concessa seu ab eis praetensa, quibus notarii a Te creandi nullibi uti valeant) uti, frui et gaudere libere et licite possint et valeant, concedendi et indulgendi licentiam et facultatem impertimur; non obstante Lateranensis Concilii de certo eorundem notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, aliisque constutitionibus et ordinationibus apostolicis necnon collegii dictorum notariorum, [31r] etiam iuramento confirmae apostolicae consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod notarii per Te vigore praesentium creandi, antequam exercitio tituli insigniumque et privilegiorum notariis huiusmodi competentibus perfrui incipiant, nedum in manibus Tuis seu alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae professionem fidei iuxta articulos pridem a Sede praefata propositos emittere et solitum fidelitatis iuramentum praestare teneantur, sed ulterius ante praefatum exercitium et intra menses tres extunc proximos, etiam sub inhabilitatis ad quascumque pensiones et beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda, aliisque nostro et pro tempore exsistentis Romani Pontificis arbitrio poenis exhibere seu exhiberi facere, exemplum sive transumptum authenticum tuarum litterarum eorum creationis in notarios penes nostrum et eiusdem Sedis secretarium brevium omnino debeant, quodque de hac voluntate nostra in praedictis litteris tuis fiat mentio specialis. Dat[um] Romae apud S[anctam] M[ariam] M[aiorem] 15. Februarii 1696 a[nn]o 5.o.

Facultas creandi sex protonotarios apostolicas est iuxta expeditionem pro aliis nuntiis praedecessoribus; adiecto, ut protonotarii sic creandi ante exercitium tituli, insignium et privilegiorum, protonotariis huiusmodi competentium, et intra tres menses tunc proximos transumptum authenticum litterarum eiusdem nuntii super eorum creatione in notarios emanatarum penes secretarium brevium Sanctitati Vestrae exhibere seu exhiberi facere debeant, sub inhabilitatis ad pensiones et beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda aliisque poenis arbitrio Sanctitatis Vestrae et Romani pontificis pro

tempore exsistentis, utque de hac Sanctitatis Vestrae voluntate fiat in praedictis litteris mentio specialis.

[a]–Placet, A[ntonius]–[a1]

[a]–I[oannes] F[ranciscus] Card[ina]lis Albanus–[a2]

[a–a] *autographum*

N. 7

Innocentius XII pontifex maximus ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 25 II 1696

Nuntium apud Polonos creatum commendat et rogat, ut ille iter faciens adiuvetur.
Kopiec I, p. 20.

***Reg.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 33r-33v. Sub textu f. 34v. „Pro Ioanne Antonio Archiepiscopo Thebarum Nuntio Poloniae passus in forma solita".*
Kopiec, Vol. I, p. 20-21.

Innocentius Papa XII.

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilem fratrem Ioannem Antonium archiepiscopum Thebarum ad carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Poloniae regem illustrem nostrum et Sedis Apostolicae nuntium deputaverimus, nos cupientes, ut illi tutum iter ubique tam eundo quam redeundo pateat, carissimos in Christo filios nostros reges ac respublicas necnon dilectos filios nobiles viros, duces, principes, marchiones, comites, barones necnon exercituum et classium generales et alios capitaneos, colonellos et ductores ac milites ac arcium et portuum castellanos et quoscumque custodes aliosque Christi-fideles etiam nobis non subditos, quo possumus affectu, paterne in Domino requirimus et hortamur. Subditis vero nostris praecipimus et mandamus, ut eundem Ioannem Antonium archiepiscopum et nuntium tam eundo quam

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).
[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

redeundo, una cum familiaribus et sociis, sarcinis et rebus suis universis, tuto et libere per sua quisque loca, diciones et dominia, terra marique in cuiuscumque personae vel nationis navigio eum transfretare contigerit, ac sine alicuius vectigalis, datii vel gabellae solutione transire et in eisdem commorari nostra [causa] libenter permittant ac illum honoribus et humanitatis officiis prosequantur, necnon securitatem in itinere, prout opus fuerit, concedant [33r] et praestent. In quo nobis non subditi rem gratissimam facient, nosque eis vicissim parem gratiam, ubi occasio tulerit, referemus; subditi vero nostri suam erga nos fidem [et] oboedientiam declarabunt.

Dat[um] Romae apud S[anctam] M[ariam] M[aiorem] die 25 Februarii 1696, a[nn]o 5.o.

[a]-Placet, A[ntonius]-[a][1]

I[oannes] F[ranciscus] cardinalis Albanus[2]

[a–a] *autographum*

N. 8

Innocentius XII pontifex maximus ad Ioannem regem

Romae 3 III 1696

Credentiales

***Reg.**: ASV, Brev. An. V, fol. 167.*
Theiner, VMPL, III, p. 762.

Carissimo in Christo Filio nostro Ioanni Poloniae regi illustri.

Innocentius PP. XII. Carissime in Christo Fili noster, salutem etc. Ad obeundam apud Maiestatem tuam ordinarii nuntii provinciam venerabilem fratrem Ioannem Antonium archiepiscopum Thebarum, praelatum nostrum domesticum et assistentem deputavimus; iis enim praeditus est virtutibus atque animi dotibus, adeoque praeclarum in huiusmodi munere peragendo intelligentiae ac prudentiae hucusque specimen dedit, ut in praesens quoque similem sui eundem futurum pro explorato habeamus. Inprimis vero Maiestati Tuae testatum in dies magis facere curabit, quam arcto caritatis vinculo ob eximia tua in Christianam Rempublicam merita Te complectamur et quam cupiamus frequentes dare se nobis occasiones abunde ipsis respondendi.

---

[1] Manu Innocentii XII papae (Antonius Pignatelli).

[2] Card. Ioannes Franciscus Albani.

Humanitatis vicissim tuae erit, praedicto venerabili fratri istuc advenienti gratas aures praebere, huiusque Sanctae Sedis negotia pertractanti plenam non secus ac nobis fidem praestare, dum nos Tibi, carissime in Christo Fili noster, laeta cuncta faustaque a Deo impense precamur atque apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae etc. die 3. Martii 1696, pontificatus nostri anno quinto.

Eodem modo Mariae Casimirae reginae, Iacobo principi regio, Michaeli cardinali Radzieiowski, archiepiscopo Leopoliensi caeterisque episcopis Poloniae, Stanislao Lubomirski etc.

N. 9

Ioannes Antonius Davia ad card. Carolum Barberini[1]

Coloniae 4 III 1696

In Poloniam proficiscens card. Carolo Barberini gratias pro benevolentia agit atque reverentiam suam erga eum ostendit.

***Or.**: BAV, Barb. Lat. 6664, f. 124r-124v.*

Eminentissimo e Reverentissimo Signor Padron Colendissimo

Ho provati in tante occasioni gli effetti della somma generosità di V.E., che mi lusingo veder onorato del suo benignissimo gradimento quest'atto d'ossequio, che in congiuntura del mio passaggio alla nunziatura di Polonia le reco. Ha voluto la Santità di Nostro Sig. esercitar meco la solita sua munificenza con destinarmi un tal posto, onde all'esempio della medesima imploro dall'animo beneficio di V.E. l'onore di molti suoi riveritissimi cenni, con la frequenza de' [124v] quali misi faciliti l'adempimento de' miei doveri non meno o che delle parti di ministro dell'Apostolica Sede, a cui rendon un si gran lustro delle insigni qualità di V.E., et alla medesima per fine m'inchino profondissim.te Colonia.

Di V.E.

[a–]Umilissimo Divotissimo et Obligatissimo Servitore
G[iovanni] A[ntonio] Arciv. Di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Barberini Carolus (1630–1704). Consanguineus Urbani VIII papae (1623–1644). In consistorio die 23 VI 1653 habito cardinalis-diaconus ab Innocentio X creatus. Conclavibus annis 1655, 1669–1670, 1676, 1689, 1691, 1700 habitis interfuit.

N. 10

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada[1]

Francofurti 1 V 1696

Narrat de itinere Varsaviensi, quod fecit per Coloniam et Confluentes via, qua itum est Vindobonam. Docet etiam de commoratione in electoratu Trevirensi.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 217r-217v, 221r.*

Eminentissimo etc.

Dopo haver consignato a Monsig. Paolucci[2] il riveritissimo dispaccio di V.E. de' 27 caduto capitatomi a Colonia[3] la settimana passata con tutto il contenuto nella fascetta intrapresi il mercordi sussequente il mio viaggio di Varsavia per il cammino di Vienna[4]. M'haveva fatto apprendere la generosità del Sig. elettore di Treveri[5] di non poter giungere in questa città[6] a tempo di recarne un'ossequiosa notizia a V.E., mentre ha voluto trattenermi più d'un giorno nella sua residenza d'Hermenstein dirimpetto a Coblentz[7] con tutte quelle dimostrazioni, e finezze, che sono proprie della venerazione sempre professata da esso al[217v]la Santa Sede, e presentemente palesata, con tanta maggior attenzione quant'è più grande il rispetto che porta all'eroiche qualità del regnante Pontefice. Ho dovuto cedere al zelo del Sig. elettore[8] predetto

---

[1] Spada Fabricius (1643–1717). Anno 1672 aepus Patrensis, anno 1672 nuntius Sabaudiopolitanus, anno 1674 nuntius apud Francogallos. In consistorio die 27 V 1675 habito cardinalis-presbyter a Clemente X creatus est. Legatus Urbinatensis, camarlingus Collegii Cardinalium. Innocentio XII pontifice maximo secretarius Status fuit. Anno 1710 cardinalis-epus Praenestinus. Conclavibus annis 1676, 1689, 1691, 1700 habitis interfuit.

[2] Paolucci (Paulucci) Fabricius (1651–1726). Die 9 IV 1685 epus Maceratensis et Tolentinus. Nuntius Coloniensis 1696–1698. In consistorio die 22 VII 1697 habito cardinalis „in pectore" ab Alexandro VIII creatus (quod notum factum est die 19 XII 1698). Die 27 I 1698 aepus Ferrariensis, quam dignitatem die 14 III 1701 deposuit. Nuntius extraordinarius apud Polonos anno 1698. Inde a die 3 XII 1700 usque ad annum 1721 Clemente XI pontifice maximo secretarius status et annis 1724–1726 Benedicto XIII pontifice maximo secretarius status. Annis 1706–1707 camarlingus Collegii Cardinalium. Die 8 II 1719 cardinalis-epus Albanus. Vicedecanus et decanus Collegii Cardinalium. Conclavi anno 1721 habito interfuit, in quo card. M.F. Althan nomine imperatoris restitit, quominus ille anno 1724 candidatus esset.

[3] Köln (Colonia), urbs in Germania sita.

[4] Wien (Vindobona, Vienna), urbs in Austria sita.
il che quando succeda non potrà non cagionare intestine e gravissime dissensioni. De' stranieri non si sà cos'alcuna non servendo per anche il tempo benche si figurino, che possano esservi molti concorrenti alla Corona fra' principi di Germania non meno, che fra quelli d'Italia. Si vocifera che il principe Lubomirski[8] gran maresciallo del regno habbia fatto dire al Sig. abbate di Polignac[9] ambasciatore del re Cristianissimo, che secondo le leggi del Regno debba portarsi a' confini della Polonia, mentre non sono tolerati gli ambasciatori delle potenze straniere nel tempo dell'interregno, quando non vi siano ragioni particolari per ritenerli.

N. 51

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Małachowski epum Cracoviensem

[Varsaviae 10 VII 1696]

Dat epo Cracoviensi potestatem ab excommunicatione exsolvendi Ioannem Perzyński presbyterum, qui in controversia de praebenda rorantistarum vi usus est.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 1v-2r.*

Die 10. [Julii] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali ad absolvendum reverendum Ioannem Perzynski presbyterum ecclesiae cathedralis Cracoviensis praebendarium rorantistam ab excommunicatione canonis *si quis suadentes*, in quam incidit ex eo, qualiter eius mansionem residentialem reverendi Ioannes Porębski eiusdem ecclesiae cathedralis Cracoviensis domus rorantistarum senior nec non Stanislaus Miskiewicz et Casimirus Grazieski, omnes presbyteri, invaserint et ad eiusmodi ipsius mansionem fores securi aversa violenter excusserint exsecarique mandaverint; quo tempore idem exponens temulentus exsistens, ira commotus, ex causa eiusmodi violentiae, primo dictum reverendum

---

[8] Iosephus Lubomirski.

[9] Melchior de Polignac (1641–1741). Abbas Corbiliensis et Bon-Portinus anno 1693. Legatus Francogallicus apud Polonos inde a die 14 VIII 1693 usque ad diem 13 IX 1697. Anno 1698 infamia notatus relegatus est in abbatiam Bon-Portinam. In consistorio die 18 V 1712 habito a Clemente XI cardinalis „in pectore" factus est (quod in consistorio die 30 I 1713 habito notum factum est). Legatus Francogallicus apud Sedem Apostolicam annis 1724–1732. Aepus Auscensis anno 1726. Conclavibus annis 1721 et 1740 habitis non interfuit, interfuit autem conclavibus annis 1724 et 1730 habitis.

Porębski, deinde [2r] praefatos reverendos Graziecki et Miskiewicz baculo percusserit, in terram protruserit, ratione cuius percussionis et protrusionis aliarumque rerum seu inconvenientiarum in iudicio Officii Consistorialis Cracoviensis iudicatus ac pro irregulari declaratus atque pro absolutione, mediante decreto definitivo, sub die 23. mensis Maii proxime praeteriti, ad quem de iure fuerit remissus, proinde ad nos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut ipsum a censura canonis *si quis suadentes* absolvere, secumque super irregularitate, quam Divinis se in eadem censura immiscendo incurrisset, dispensare dignaremur.

N. 52

Ioannes Antonius Davia ad Casimirum Kuński ex dioecesi Posnaniensi

Varsaviae 11 VII 1696

Necessitatem collegiatae Posnaniensis secutus nuntius impertit dispensationem plures viros ad presbyteratus ordines promovendi. Scribit decretis Synodi Tridentinae et iure canonico non impediri, quominus id fiat.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 2r-2v.*

Dispensatio extra tempora pro necessitate ecclesiae in plena sede[1].

Ioannes Antonius & dilecto nobis in Christo Casimiro Kuński salutem in Domino sempiternam. Exponi nobis fecisti, qualiter ecclesiae collegiatae Posnaniensis[2] necessitas postulet, ut ad omnes etiam sacri presbyteratus ordines promovearis, cupiasque iisdem ordinibus quantocius insigniri; unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicasti, ut eosdem extra tempora a iure statuta, et interstitiis a sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur necessitatibus ecclesiarum, quantum cum Domino possumus, opportune consulere volentes, supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, facultatem petitam in Domino Tibi concedimus atque impartimur, committentes propterea cuicumque catholico antistiti gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti, in nostra legatione commoranti, in propria dioecesi residenti vel in aliena de ordinarii loci licentia pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut Dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper alicuius temporis spatio arbitrio antistitis praedicti definiendo interpolatis, etiam extra

---

[1] Scriptum in margine.

[2] Posnania urbs.

tempora a iure statuta et interstitiis praefatis minime servatis, etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum dimissorialibus ordinarii tui ad sufficientem patrimonii seu beneficii titulum, quatenus ad id idoneus alias reperiaris nullumque canonicum Tibi obstet impedimentum, et servata forma canonum et sacri Concilii Tridentini nec non constitutione sanctissimi Domini nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papae XII moderni anno 1694 pridie nonas Novembris edita, dummodoque causatur, quod adminus per annum maneas in actuali servitio dictae ecclesiae, libere et licite Te ad eosdem omnes etiam sacri presbytera[2v]tus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas, auctoritate apostolica, qua vigore legationis nostrae fungimur, licentiam et facultatem concedimus atque impertimur; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalibus conciliis caeterisque contrariis quibuscumque; volumus autem, quod praesentes nullius sunt roboris et valoris, nisi constito prius ordinanti, si proprius ordinarius fuerit, sin minus, per litteras testimoniales ordinarii tui, seu ipsius vicarii in spiritualibus et officialis generalis, de praedicta necessitate ecclesiae. In quorum fidem, datum Varsaviae die undecima Iulii 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 53

Ioannes Antonius Davia
ad Ioannem Grobliński ex dioecesi Posnaniensi

[Varsaviae 11 VII 1696]

Potestas Ioannem Grobliński presbyterum creandi.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 2v.*

Dicta die [11 Iulii] similis ad presbyteratum concessa reverendo Ioanni Groblinski, ob necessitatem ecclesiae collegiatae Posnaniensis.

N. 54

Ioannes Antonius Davia ad Iosephum Losencowicz

Varsaviae 11 VII 1696

Dispensatio super interstitiis Iosepho Losencowicz iure canonico salvo concessa est, ut ad superiorem presbyteratus gradum promoveretur. Quae dispensatio respicit necessitates pastorales parochiae Nidecensis (dioecesis Cracoviensis).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 2v-3r.*

Dispensatio extra tempora pro arctato in plena sede.

Ioannes Antonius & dilecto nobis in Christo Reverendo Iosepho Losencowicz, dioecesis Cracoviensis, salutem in Domino sempiternam.

Exponi nobis fecisti, qualiter ecclesiam parochialem Nidecensem[1], in dioecesi posita Cracoviensi existentem, obtineas et ratione beneficii positi per te obtenti, ad sacros diaconatus et presbyteratus ordines suscipiendos arctatus existas cupiasque propterea iisdem ordinibus quantocius insigniri; unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicavisti, ut eosdem extra tempora a iure statuta et interstitiis a sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, facultatem petitam in Domino tibi concedimus et impertimur; committentes propterea cuicumque catholico antistiti, gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti, in nostra legatione commoranti, in propria dioecesi residenti vel in aliena de ordinarii loci licentia pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut Dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper alicuius temporis spatio arbitrio antistitis praedicti definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta, et interstitiis praefatis minime servatis et etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum dimissorialibus ordinarii tui, et quatenus [3r] ad id idoneus alias reperiaris nullumque canonicum tibi obstet impedimentum, et servata forma canonum et sacri Concilii Tridentini necnon constitutione sanctissimi Domini nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papae XII. moderni anno 1694 pridie nonas Novembris edita, constito sibi, quod sis competenter beneficiatus et quod ratione beneficii, quod obtines, adeo sis arctatus ad eosdem ordines suscipiendos, ut si tempora a iure statuta expectarentur, beneficium ipsum, quod obtines, ob Tui non promotionem vacaret, ad tenendum huiusmodi beneficium libere et licite Te

---

[1] Nida in dioecesi Cracoviensi.

ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas, auctoritate apostolica, qua virtute legationis nostrae fungimur, licentiam et facultatem concedimus atque impartimur; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalibus conciliis caeterisque contrariis quibuscumque; volumus autem, quod praesentes nullius sint roboris et valoris, nisi constito prius ordinanti, si proprius ordinarius fuerit, sin minus, per litteras testimoniales ordinarii tui seu eius vicarii in spiritualibus et officialis generalis de praefata arctatione ad ordines praedictos suscipiendos. In quorum fidem, datum Varsaviae, die undecima Iulii 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus Deovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 55

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Grobliński

[Varsaviae 11 VII 1696]

Dispendatio extra tempora ad presbyteratum Ioanni Grobliński concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3r.*

Eadem die [11 Iulii] dispensatio extra tempora ad presbyteratum concessa reverendo Ioanni Groblinski, ob necessitatem ecclesiae collegiatae Posnaniensis.

N. 56

Ioannes Antonius Davia ad Iosephum Bugayski

[Varsaviae 12 VII 1696]

Iosephus Bugajski Iosepho Alberto Koliński mortuo parochus Krobensis factus est.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3r.*

Die 12. [Iulii] provisio ad ecclesiam parochialem Krobensem[1], dioecesis Posnaniensis, vacantem per obitum reverendi Iosephi Alberti Kolinski, dictae parochialis ultimi et immediati possessoris, in mense Maio anno presenti 1696 defuncti, data fuit, servato concursu, coram illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Posnaniensi[2] reverendo Iosepho Bugayski presbytero, et commissa illustrissimo domino episcopo Posnaniensi, expedita vero in forma, ut folio 1., mutatis mutandis.

N. 57

Card. Fabricius Spada ad Ioannem Antonium Davia

[Romae 14 VII 1696]

Docet nuntium de scriptis pontificiis ad electionem adventantem pertinentibus.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 44v.*

Al medesima nunzio in Polonia.

Qui si stà con impazienza di sentire come V.S.I. sia stata costì ricevuta non essendosi giunta vivente il re, e non havendo brevi per la Repubblica. Questi però se si manderanno quanto prima e forse anche coll'ordinario prossimo. Intanto ella non lasci di avvisarci distintamente tutto ciò che anderà accadendo, e quel tanto che si dice, e può ritrarsi in ordine particolarmente alla elezione del nuovo re.

N. 58

Card. Fabricius Spada ad auditorem nuntiaturae Varsaviensis

[Romae] 14 VII 1696

Cardinalis secretarii status munere fungens scribit ad auditorem nuntiaturae de rebus praesentibus, praecipue de rebus ad Tribunal nuntiaturae pertinentibus.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 45r.*

---

[1] Krobia in dioecesi Posnaniensi.

[2] Joannes Witwicki.

A 14 VII 1696.

Al Sig. uditore della nunziatura in Polonia[1].

E stata materia di particolar dispiacere, anche tutto quel più, ch'è voluto ultimamente pratticarsi dal gran maresciallo[2], per mezo del suo istigatore contro di lei. E sicome hà V.S. risposto saviamente, e si è contenuta insieme ne' termini appunto, che doveva; così hà di qua riportata la piena comendazione, che meritava. Ora vuol credersi già giunto all'esercizio di cotesto ministero Monsig. nunzio Da Via, al quale havrà ella fatta copiosa, e distinta informazione di tutto ciò, che spetta al tribunale, et è seguito fin qui. E che V.S. sbrigata da qualunque affare della nunziatura medesima, se ne sarà ritirata intieramente. A Monsig. nunzio dunque si scriverà quel più, che sarà creduto opportuno e in questa, e in qualunque altra materia, onde ella possa chiamarsene libera, anche col consenso, e permessione di qua.

N. 59

Ioannes Antonius Davia ad Christophorum Jastrzębski

[Varsaviae 14 VII 1696]

Dispensatio extra tempora ad diaconatum et presbyteratum concessa Christophoro Jastrzębski ob necessitatem ecclesiae parochialis Samboriensis.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3v.*

Die 14 Julii 1696. Dispensatio extra tempora, ad diaconatum et presbyteratum concessa reverendo Christophoro Jastrzebski dioecesis Luceoriensis, ob necessitatem ecclesiae parochialis Samboriensis[1].

N. 60

Ioannes Antonius Davia ad Thomam Woydowicz ex dioecesi Vladislaviensi

[Varsaviae 14 VII 1696]

Parochi Badkoviensis munus Caspare Lubański mortuo Thomae Woydowicz datur.

---

[1] F.A. Bontini.

[2] Iosephus Lubomirski.

[1] Samboria in dioecesi Luceoriensi.

Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3r-3v.

Die 16. [Julii] Similis provisio ad ecclesiam parochialem Bądkoviensem[1], dioecesis Vladislaviensis vacantem per obitum reverendi Gaspari Lubanski in mense Maio defuncti dictae parochialis immediati possessoris, data fuit, servato concursu coram perillustri et admodum reverendo Domino Officiali Generali Vladislaviensi, reverendo [3v] Thomae Woydowicz parocho Vladislaviensi[2], et commissa illustrissimo reverendissimo Domino Episcopo Vladislaviensi, seu ipsius perillustri et admodum reverendo Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali.

N. 61

Ioannes Antonius Davia ad Congregationem de Propaganda Fide

Varsaviae 16 VII 1696

Nuntius scribit de coadiutore creando, qui archiepiscopum Leopoliensem Armenium adiuvet, scribit etiam esse, quibus impediatur, quominus candicatus proponatur.

Or.: CPF Scritt. Rif. Congr. 2 f. 520r-520v.

Illustrissimo Reverendissimo Signore Padron Colendissimo.

È stato preceduto il mio arrivo in Varsavia da due riveritissimi foglii di cotesto Sig.r cardinal prefetto co' quali mi vien ingiunto d'informarmi della necessità, che hà Monsig. Vartano[1] vescovo di Leopoli Armeno di chiedere un coadiutore, e d'indagare quali difficoltà soffra il missionario d'Amburgo[2] Giovanni Rendtorff. Non hò veramente lasciato d'impiegar subito le mie premure ad effetto di rendere quanto prima informata di tutto la Sagra Congregazione; Ma perche vedo che riescono assai i senti questi nazionali a somministrare le richieste notizie quindi imploro la benignità di V.S.Ill.ma accioche si degni conciliarmi dall'E.E. loro quel compatimento che per tant' altri riguardi è pur troppo necessario alla mia grande insufficienza. Replico intanto ad un foglio mandato da V.S. Ill.ma fin sotto gli 11. febbraio prossimo avvisandole la morte del prete Armeno Teodoro Vertabiet, per cui si sollecitava appresso la Sagra Congregazioe del Sant' Officio la grazia di vederlo

---

[1] Bądków in dioecesi Wratislaviensi.
[2] Parochus Vladislaviensis.
[1] Theodorus Wartanowicz.
[2] Hamburgum.

redintegrato alla celebrazione de' nostri Santi Misterii. Cessa perciò il motivo d'incommodarla ulteriormente in questo affare sebben [520v] non mi mancano altre ragioni d'infastidirla premendomi di goder l'onore di qualche istruzione di cotesta Sagra Congregazioe per la conversion degli Eretici di questi Regni, e per la riunione de' scismatici che non solo vivono sotto il dominio della Repubblica di Polonia, ma che regnano ancora nelle vicine Provincie della Moscovia, della Valacchia[3], e Moldavia[4]. Supplico ossequiosamente l'umanità di V.S.Ill.ma a procurarmi una tal grazia, che da me sarà stimata al pari della zelante sommissione con che mi porto a tener esercitata non meno che dipendente la propria obbedienza da' cenni della Sagra Congregazione e pregandola per fine a rimunerar il mio ossequio con molti suoi comandamenti le bacio riverentemente le mani.

Di V.S. Ill.ma e R.ma

[a–]Divotissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 62

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Notum facit litteras Romae missas sibi redditas esse. Docet de litteris mittendis reddendisque.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 399r.*

Eminentissimo etc.,

In data de' 23 del passato hò ricevuto questa mattina il dispaccio di V.E. intiero in tutte le sue parti unitamente con la lettera per il Sig. auditor Bentini, onde occorrendomi replicar qualche cosa supplico la somma benignità dell'E.V. degnarsi di onorare col beneficio suo compatimento le risposte, che dalla mia sommessa obbedienza sono state espresse ne' fogli aggiunti, et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

---

[3] Valachia.

[4] Moldavia.

N. 63

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet, quo loco post regem mortuum res nuntiaturae sint. Docet etiam de abbatiis commendatariis.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 400r-400v.*

Eminentissimo etc.,

Ancorche la morte accaduta del re m'habbia liberato dalla necessità di provare o il suo rispettoso ossequio verso la Santa Sede, o gli effetti della sua indignazione, vengo nondimeno assicurato generalmente che non havrei incontrata difficoltà veruna nell'esser ammesso all'udienza della Maestà Sua. Tropo bene si trovava radicata nell'animo dell're defonto la venerazione figliale verso il supremo merito di N.S.da cui gloriavasi fossero stati benedetti i suoi sponsali allorche la Santità Sua esercitava i proprii talenti in questa nunziatura. Non dubitavo dunque di dover essere benignamente accolto [400v] benche da Monsig. mio predecessore[1] non fusse stato terminato l'affare delle abbazie. Ma poiche Dio benedetto ha voluto co' gli ordini della sua providenza togliere questo nuovo accidente in un modo non aspettato imploro presentemente le saggie direzioni dell'E.V. per imporre il necessario fine ad una pendenza, che ha data tanta occupazione alla Santa Sede, et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 64

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet de episcoporum sententia circa iurisdictionem nuntiaturae deque praerogativis nuntiaturae apostolicae, quibus nobiles resistunt. Quae res in

---

[1] Aepus Santa Croce.

conventiculo Cuiaviensi tractata est. Praelati Ecclesiae non solum pastores, sed etiam viri in Republica summi sunt.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 401r-401v.*

Eminentissimo etc.,

Hebbi l'onore quindeci giorni sono di recar alla notizia di V.E. il zelo, con che questi Sig.i vescovi si dichiararon ne' consigli tenuti qui a favore della giurisdizione Apostolica, e delle prerogative della Santa Sede. In seguito di ciò le trasmetto aggiunto l'originale della proposizione fatta da Monsig. vescovo di Cuiavia[1] alle dietine della Sua provincia, ove si degnarà osservare V.E. che fra le disposizioni di procurare la publica quiete non dimentica la venerazione dovuta all'eroiche virtù della Santità Sua.

Non dubito che gli altri prelati di questo regno non siano per imitar un esempio tanto pio, e [401v] perche, ben sò qual peso habbiano i detti de' vescovi appresso la nobiltà Polacca, la quale li onora non solo come pastori, ma anche come capi della Repubblica, e presidenti delle adunanze minori, mi congratulo meco stesso di trovarmi in questa congiuntura appresso una Nazione, che conserva si viva la memoria delle gloriose qualità di Nostro Sig. Imploro nondimeno dalla benignità di V.E. la continuazione dell'alto suo Patrocinio ad effetto di far godere alle mie insufficienze il clementissimo compatimento di Sua Beatudine, et a V.E. frattanto etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 65

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet Ioannem Hieronymum Kryszpin epum Samogitiensem rogavisse, ut Adam Augustinus Malakowski suffraganus crearetur.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 402r-403v.*

---

[1] Stanislaus Dąmbski.

Eminentissimo etc.,

Monsig. Crispino vescovo di Samogizia m'ha fatta istanza per mezo d'un suo corrispondenti accioche sia formato il solito processo della vita, e costumi del padre Adamo Agostino Malakowski canonico Regolare di Sant'Agostino per facilitargli la qualificazione di vescovo giacche nel memoriale aggionto supplica Sua Beatudine a concederglielo per suffraganeo in quella vastissima diocesi[1]. L'esempio già stabilito nella Lituania et in diverse cattedrali della Polonia d'haver oltre l'ordinario un vescovo titolare per suffraganeo, le molte difficoltà, che nel governo della sua chiesa soffre Monsig. Crispino[2] [402v] da' parziali della casa Saphia per diffesa dell'Immunità Ecclesiastica, e finalmente la necessità in cui si trovarà di presente d'essere per un tempo considerabile lontano dalla sua greggia m'havrebbero indotto ad usare le mie diligenze per impetrar simile consolazione al prelato, se la persona da lui proposta non havesse tali eccezioni, che forse bilanciano tutto il merito conciliatosi ultimamente nel secondare con zelante fedeltà le pie, e rigorose risoluzioni di Monsig. Crispino. Fuggi questo monaco anni sono dalla religione, e non contento d'haver appostatato dall'ordine rego[403r]lare in cui haveva fatta la professione, rinnunciò anche alla fede abbraciando le sette, che regnano nel paese del Sig. elettore di Brandeburgo[3], appresso del quale, s'era ritirato per isfuggire le pene convenevoli a tant'eccesso. Fù veramente assistito et illuminato da Dio benedetto a segno, che riconoscendo i proprii falli hebbe ricorso a Monsig. Visconti[4] allora nunzio in Colonia, e n'ottenne nelle forme piu ampie l'assoluzione dopo haver dati segni manifestissimi del suo pentimento. Il che però non ostante hò giudicato dovermi astenere dall'intraprendere il desiderato processo finche non [403v] ne habbia gli ordini precisi di N.S.parendomi che se un neofito non puo esser promosso al vescovato senza dispensa di cotesta Santa Sede molto meno lo possa un soggetto, che habbia fatta si gran caduta. Imploro perciò dalla generosità di V.E. le opportune notizie de' sentimenti della Santità Sua in questo particolare, ad effetto di regolar la mia obbedienza, a tenor di quel tanto mi verrà imposto da' supremi comandamenti di V.E. alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Dioecesis Kioviensis.

[2] Ioannes Hieronymus Kryszpin, epus Samogitiensis.

[3] Fridericus Wilhelmus (1657–1713), elector Brandenburgensis.

[4] Hercules Visconti, nuntius Coloniensis inde a die 7 XII 1680.

N. 66

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet de pactione inter Constantinum Casimirum Brzostowski epum Vilnensem et Benedictum et Casimirum Sapiehas confecta.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 404r-405r.*

Eminentissimo etc.,

Se havesse sussistenza la voce sparsasi le settimane passate d'un nuovo progetto di aggiustamento fra Monsig. vescovo di Vilna[1], e l'gran generale di Lituania[2] V.E. ne sarà pienamente informata a quest' hora essendo alcuni giorni che qui si disse Monsig. predetto esser di passagio per Venezia alla volta di Roma. Con tal avviso non havrei ostato intromettermi piu nella materia che vedevo avvocata a cotesti tribunali dal vigore della citazione intimata a Sig.i Sapia che supponevo dovesse esser validamente promossa dalla presenza e dal zelo di Monsig. vescovo predetto. Ora però che ben comprendo preferirsi dall'equità di N.S.una decorosa composizione a qualsivoglia [404v] piu strepitoso giudizio non ostante l'intimazione seguita, non mancarò di contribuirvi l'opera mia per quanto mi sarà permesso dalle presenti difficilissime congiunture. La bramarei fruttuosa allo stato pronte dell'affare, e l'Sig. cardinal primate mi lusinga, che potrei non esser inutile mentre essendo giunto di fresco, e senza prevenzione veruna, non dovrei cagionar sospetto ad alcuna delle parti. Tuttavia vengo astretto a disperar d'un buon successo, quando rifletto all'impegno gravissimo de' due partiti, che han corrotta con ragioni politiche una causa puramente ecclesiastica, alla prepotenza accedenti [405r] della casa Sapia in Lituania, ove dispone di tutto senza resistenza, ò contradittione, e finalmente alla freddezza, con che i vescovi s'interessano in una querela, che dovrebbe essere di tutto l'ordine sacerdotale. Qual però siasi per essere l'esito delle mie debolezze ora che il Sig. generale è per portarsi a Varsavia non mancarò di renderne un umilissimo conto a V.E. alla quale frattanto m'inchino profondissimamente.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Constantinus Casimirus Brzostowski.

[2] Casimirus Sapieha (circa 1642–1720), hetmanus magnus Regni et palatinus Vilnensis. Nova pactio cum epo Vilnensi confecta, postquam epus Brzostowski pactionem mense Decembri anno 1695 apparatam rupit.

N. 67

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet Sobiescios Solcoviam profectos esse, docet de controversiis circa aerarium Solcoviensem distribuendum, de conventiculis Ruthenis et Turcis ac Tartaris imminentibus. Notum facit Iacobum principem electione adventante litteris fratres suos commendavisse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 406r-407r.*

Foglietto.

Fino mercordi della passata settimana s'incamminò finalmente la Maestà della regina[1] verso la Russia parte per invigilar alla quiete de' principi suoi figliuoli, i quali l'havevano già preceduta di quasi due giornate, e parte per opporsi a' tentativi del principe Lubomirski[2] gran tesoriere del Regno, che parti anch'esso per Russia poche ore prima de' principi qualunque volta pretendesse l'Eccelenza Sua d'impiegare l'autorità concessagli dalla propria carica in pregiudizio degli interessi della regia casa. Anche il Sig. cardinal d'Arguyn[3] seguitò il giovedi sussequente i principi che l'havevano preceduto gli altri giorni, onde restando intieramente abbandonato il castello, e con esso il corpo del re defonto, lo starosta di Varsavia[4] vi si è introdotto facendo dalle sue guardie custodir il Regio deposito, et obbligando frattanto tutt'i stranieri, e gli altri dipendenti della casa regia ad uscire dal castello medesimo, e ritirarsi altrove. Il Sig. gran generale del Regno[5] che si trova in Russia hà avvertita la nobiltà delle piccole [406v] diete non esser tanto da temersi in quelle parti l'invasione de Turchi, e Tartari occupati e distratti dall'armi collegate della Corona, quanto le sedizioni interne, mentre ha già osservato l'Eccelenza Sua farsi leve di soldati in quella provincia da' semplici particolari senza poterlo impedire se non viene essistito dall'autorità suprema di tutta la Repubblica. Viene generalmente creduto, che gli amici della casa regia procurino l'unione di questa gente ad effetto di porre il principe Giacomo[6] in posto da reprimere le violenze che potessero tentarsi contro il tesoro di Zulchiew ò dal zelo del gran tesoriere[7], ò dalle risoluzioni dell'armata, che

---

[1] Maria Casimira regina.
[2] Hieronymus Lubomirski.
[3] D'Arquien.
[4] Ioannes Dobrogost Krasiński.
[5] Stanislaus Jabłonowski, hetmanus magnus Regni.
[6] Iacobus Sobieski.
[7] Hieronymus Lubomirski.

va' creditrice delle paghe di 5. anni. Se però si teme in Russia di qualche torbido intestino s'apprendono dalle parte di Lituania i movimenti de' Svezzezi, i quali se s'ha da credere alle lettere del gran generale Sapia[8], sono in pieno moto nella Livonia con preparare tutt'i presidii di quella provincia alla marchia, e con raccommodare i ponti, e le vie che da quelle parti conducono [407r] ne' paesi della Repubblica di Polonia. Hanno già risoluto i senatori che si trovano qui d' inviare un soggetto sperimentato a Stocholm, il quale col pretesto di participare alla Corona di Svezia la morte di questo re procuri di penetrar l'intenzione di Sua Maestà Svedese[9], e ne informi con ogni diligenza e premura il senato, restando frattanto incaricato il gran generale di Lituania[10] di proveder a bisogni non meno che alla sicurezza di quella vasta e titubante provincia. Hoggi s'è fatta l'apertura della piccola dieta di questo distretto, e vi si è letta una lettera del principe Giacomo primogenito del re defonto, nella quale raccomandando se stesso, e li due suoi fratelli per la prossima elezione d'un nuovo re, offre in nome di quello sarà eletto alla Repubblica la terza parte de' tesori, e delle sostanze lasciate a' proprii figliuoli dalla gloriosa memoria del padre.

N. 68

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet Ioacobum Sobieski thronum petentem ab Austriacis adiuvari, cum uxor eius soror uxoris imperatoriae fuisset. Ceteros candidatos nominat, scil. principem Neuburgensem et Constantinum Sobieski. Docet fieri posse, ut electione adventante in civitate turbetur.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 76r-76v.*

Di Varsavia da M. N.o 17 Lug.o 1696.

Deciframento a 8 agosto.

Pare raffredato in parte l'ardore con che il Sig. Conte Schedenischi[1] inviato di S. M.a Cesarea[2] raccomandava gl'interessi del principe Giacomo per la Corona di Polonia, havendo egli scoperta una segreta inteligenza

[8] Casimirus Sapieha.
[9] Carolus XI.
[10] Casimirus Sapieha.
[1] Carolus Sedlnitzky, legatus Austriacus.
[2] Leopoldus I.

di questo con l'ambasciatore di Francia[3]. Ha preteso Sua Altezza invece di scusarsi, riconvenire il ministro Cesareo, quasi mi fosse poco da sperare nella protezione degli Austriaci, dicendo tener avvisi che dalla corte di Vienna siano state fatte proposizioni alla regina Sua madre, ò di maritarla con principe Carlo di Neoburgo[4], e farlo eleggere re; o di procurar la Corona ad uno de secondogeniti, con dargli poi per moglie la giovane arciduchessa d'Austria. Simili reciproche querele fanno dubitare della continuazione di buona corrispondenza [76v] frà l'Imperatore, et il principe Giacomo, non ostante la loro stretta congiunzione di sangue: Onde seguendo l'alienazione di S.M. Cesarea, sembra che una parte de senatori inclinerebbe à preferire il principe Costantino terzogenito, per la Corona, ancorche vi fusse pericolo di vedere esposto il Regno ad una guerra civile.

N. 69

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 17 VII 1696

Docet Ioannis III Sobieski regis filios Solcoviam venisse et controversias ortas esse circa hereditatem Ioannis III. Praeter Sobiescios etiam thesaurum publicum hereditatis partem vindicare. Legatos in aulas Europaeas, civitates Italas et Romam missos esse, ut Ioannem III regem mortuum esse nuntiarent. Suecos prope fines versari, conventiculum Varsaviae habitum iri.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Avvisi 58 f. 340r-340v.*

Essendo partiti la settimana passata li 3 principi Giacomo, Alessandro e Costantino[1] per andar a Zolchien[2], e dividere quella parte d'heredita, che anco la piu considerabile ha la regina creduto necessario di seguitarli per assister col suo cons.o a quegli emergenti che possono per aventura nascere, parendo che alcuni ministri pretendono di mettervi sopra le mani a nome della Repubblica. Il gran general avertito de primi progetti d'alcuni particolari principi, che si mettevano in positura di custodire quel teatro a mandare alcune truppe sotto il suo comando e soggetti d'autorità per sigilar, e guardarlo

---

[3] M. de Polignac.

[4] Carolus III Philippus Neuburgensis (1661–1742), anno 1688 Ludovicam Carolinam Radziwiłłówna uxorem duxit.

[1] Iacobus, Alexander et Constantinus Sobiescii.

[2] Solcovia (Żółkiew).

a nome della regina, e se gli aspettandosi hora con impacienza l'esito di si torbide disposizioni. È partito il figlio del Sig. castellano di Lanciza[3] per dar parte a nome della Repubblica della morte del re al christianissimo, et in andando passarà lo stesso officio con gli elettori di Brandemburgo, e Baviera[4]. Il Sig. Cavalliere Proschi[5] inviato a Vienna supplirà coll'imperatore et il Sig. abbate Bukam[6] è destinato per Roma, Venezia, et altri principi d'Italia, non essendosi ancora nominati soggetti per Suezia, e Danimarca, sospesa pure la scielta di quello per Moscovia sin alla prima convocazione. [340v] Corre di nuovo la voce delle mosse de Suedesi a confini di Livonia, da dove però il general scrive d'haver mandato parte di questo per unire a quello del Regno contro l'inimico commune, non sapendosi se queste supposte novità de Suedesi possano sospender la marcia del resto. Hoggi si è tenuta qui la dietina particolare di Varsavia, dove si è porta sul tapeto molta materia, che servirà per la prossima dietina di questa provincia vogliono pigliar le misure dagli altri prima di formalizarsi.

N. 70

Andreas Kryszpin palatinus Vitebscensis ad nuntium Daviam

Varsaviae 17 VII 1696

Docet Daviam Ecclesiam Lithuanam in periculo esse, cum inter Casimirum et Benedictum Sapiehas contentio excitata esset.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 418r-419v.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine Domine et Patrone Colendissime.

Post exhibitum debitae venerationis cultum illustrissimae ac reverendissimae Dominationi Vestrae tanquam vicario sanctissimi Domini Domini nostri clementissimi in his partibus feliciter commoranti, confidentissime expono, qualiter Ecclesia Lithuana et Samogitiae continuis oppressa gravaminibus ad ultimum devenerit exitium, cum sanctuaria DEI orbata suis parochis squallent,

---

[3] Stanislaus Leszczyński.

[4] Fridericus III et Maximilianus Emmanuel.

[5] Samuel Proski.

[6] Bokum Ioannes Casimirus de Althen, insignis Paprzyca (1666–1721), legatus Polonorum, qui missus est Vindobonam ad Leopoldum I imperatorem, et Romam (20 VIII – 16 XI 1696) ad Innocentium XII papam, et Venetias, ut Ioannem III mortuum esse nuntiaret. Ab Innocentio XII referendarius utriusque signaturae factus est.

fideles ex maiori parte sine sacramentis vivunt moriunturque, sacerdotes sub militari manu gemunt ac propter causatam per mille extorsiones famem stationes suas inviti deferre coguntur, ipsi episcopi adacti inopia emendicatam opem quaerunt nec tamen ubique inveniunt, quamvis apud omnes saltem eiusdem status tali in passu viscera pietatis iis de congruo et condigno aperiri deberent. Miserrimi bonorum ecclesiasticorum coloni nullatenus diuturniore tempore licentiam militarem sustinere valentes, ad partes vicinas haereticorum transfugiunt et per consequens corporum animarumque periculum integris agminibus familiarum suarum subeunt. Posset equidem obtendi causa gravaminum bellum sacrum, quod contra communem hostem Christianitatis geritur, [418v] sed non facile sufficienti probabitur ratione. Cur enim dioeceses in Polonia tanto non subsint oneri, quamvis pari subiaceant necessitati, cur haereseos ministrorum bona meliore sorte gaudeant, cur redimere a stativis licitum in id fundatas regii iuris tenutas, cur denique ultra proportionem subditorum maior numerus militum introducatur extorqueatque inusitatas et ad perniciem colonorum manifeste inultas contributiones. Ad extremum, cur referantur violentum manus non praesbyteris tantum, verum etiam episcopalis ac senatoriae dignitatis personis, uti recens in publico Samogitiae conventu exemplum informat. Haec aliaque infinita scandala quotidie ingravescentia ipsa spe impunitatis ad ulteriores incitantur ausus. Iusto moti dolore, Christiano zelo patriisque legibus suffulti, detulimus haec mala pie defuncto s[erenissi]mo regi totique Reipublicae; obstitimus pro posse in comitiolis et generalibus comitiis, nostroque opposuimus contrarium et fastum opprimentium pectore.

Cumque compaterentur omnes, nemo succureret, durante quattuor annis lucta, pendente apud Sedem Apostolicam lite et causante perniciem nostram cunctatione, contraria iuribus Ecclesiae nobisque factio assumpsit interea maiorem animum, peregit quae voluit, ruinavit bona, exhausit vires, amicorum vi metuque abstulit fidem, ut vix aliquot nostrorum remanserit, adhuc hanc perferentes persecutionem, sed et hi [419r] exuti bonis et ex tot vitae ipsius periculis plane redivivi nec vitam pacatam, nec mortem invenimus opportunam. Pessimum deinde omnium malorum commentum et ultima subvertendis benessentium conatibus adinventa periodus, scilicet inquinare honesta. Domum meam ab antiqua Romanorum nobilitate sua primordia ducentem in regnis Sacri Imperii Romani per tot saecula gaudentem plenis nobilitatis privilegiis, a trecentis annis in dicionibus Reipublicae huius bona equestria possidentem, in Lithuaniam ante unionem Regni translatam ibidemque non ultimas in ordine equestri et senatu gerentem dignitates, nunc cognata nomina iunctaeque affinitate familiae per iniuriosissima scripta, subordinatos ultimae faecis homines et arrogatum in hoc turbulento statu contra omne ius et praxim decretum incapacem honorum bonorumque

infamarunt. Hilari mente tacitoque pectore lubens perferrem haec pro fide et patria, nec dum satiarer gustando libaria, nisi pessumdari una nobiscum sacrosanctam auctoritatem Apostolicae Sedis sentirem, quando ex decisione infamis iudicii eiusdem, nequaquam id permittentibus patriae legibus, in publico metropolis Lithuaniae foro, in triduo post acceptam citationem a sanctissima Congregatione Immunitatis Ecclesiasticae ipso die Rogationum quo frequens processionibus assistit populus, per carnificis manum et quidem primum tunc ad representandam iniuriosius [419v] scenam violaceo adornati colore, sub titulo famosorum libellorum episcopales cum citatione Romana arsere processus. Verendum, ne ignis iste non immunitatis solum modo ecclesiasticae, verum ipsius fidei catholicae brevi subsecuturum portendat exterminium.

Audax est nimium et in dies ex successu licentiosior malitia, quoque curatur senius, eo nocet validius. Defervuit iam apud nostrates antiquus zelus nec est, qui se opponat serio; indulgemus viceversa mutuis scandalis, sacri religiosorum ordines nimis mundanis adhaesere bonis, ob quorum respectum avertunt oculos, ne videant veritatem. Danda est opera impensius rei ecclesiasticae et vel maxime sub hoc tempus interregni, ubi nobilitatis non degeneres animi Polono candore et antiquo fidei zelo retinebunt mores, quas habere solebant. Ordientur a Sacra Constitutione illa, rex catholicus esto, nec quemquam sinet esse deformem, iudicet decernat, constituatque suprema Sanctissimi Domini nostri auctoritas et quaecumque summum Sanctitatis Suae arbitrium proponet, nemo non eadem violet, absolvat nos crudeli vexatione, liberet attonitos stupore tantum licere privatis personis et ad breve tempus sumptae potestati, cum coronata capita formident semper perenne Sedis Romanae dominium. His igitur exaratis in simplicitate cordis et non fucato fidei amore, levabimus interim in montes oculos, spectantes, unde veniet auxilium nobis, cuius vis, robur ac efficacia cum praecise ab informatione Excellentiae Vestrae pendeat, cum profundissima veneratione precor, quatenus hunc afflictum Ecclesiae statum celerrime Sanctae Sedi Apostolicae repraesentare dignetur.

Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
Varsaviae 17 Julii 1696

ad obsequia paratissimus servitor
A. Kryszpin Kersensteyn
Palatinus Vitebscensis manu propria[1]

[1] Andreas Kryszpin, palatinus Vitebscensis.

N. 71

Ioannes Antonius Davia
ad Carmelitarum discalceatorum Varsaviensium superiorem

[Varsaviae 19 VII 1696]

Carmelitarum superiori potestas data est, ut patrem Martianum Augustynowicz excommunicatione, qua ille ob apostasiam notatus esset, absolveret.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3v.*

Die 19. [Iulii] commissio directa admodum reverendo domino priori Carmelitarum Discalceatorum Varsaviae data fuit ad absolvendum reverendissimum patrem Martianum Augustinowicz ordinis Minorum Conventualium tum ab excommunicatione ex causa apostasiae incursa, tum ab aliis quibusvis censuris et casibus Sanctae Sedi Apostolicae reservatis, non tamen contentis in bulla *Coenae Domini*.

N. 72

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 VII 1696

Davia cardinalem certiorem facit Ioannem C. Bokum canonicum Romam missum esse, ut Ioannem III Sobieski regem mortuum esse nuntiaret.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 412r.*

Eminentissimo etc.

E per il debito del mio ministero, e per le prerogative particolari di nascita illustre, e di tant'altre degne qualità, che adornano il Sig. abbate Bochum[1], oso presentarlo a' V.E. in occasione che si porta a ragguagliare N.S.degli infortunii sofferti nella morte del proprio re dalla Repubblica di Polonia. Siccome non dubito ch'egli non sia per godere gli effetti della somma benignità di V.E. in quest'atto di publico rappresentante, così ancora la supplico onorarlo della sua benefica protezione in tutte l'altre sue particolari occorrenze giacche

---

[1] Bokum Ioannes Casimirus.

venendo egli costà intieramente persuaso della di lei clemenza, merita conciliarsi col proprio ossequio la pregiatissima grazia dell'alto Patrocinio di V.E., alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a–a] *autographum*

N. 73

Ioannes Antonius Davia ad officialem Chelmensem

Varsaviae 20 VII 1696

Davia officiali potestatem dat, ut Michaelem Chotkowski vicarium excommunicatione, si ille ita notatus esset, absolveret. Dat etiam impedimento misso dispensationem ad eum consecrandum (propter controversiam cum monacho ritus Graeci ortam).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 3v-4r.*

Commissio ad absolvendum a canone *siquidem* et dispensatio super irregularitate[1].

Ioannes Antonius & dilecto nobis in Christo perillustri et admodum reverendo domino Officiali Generali Chełmensi[2] et Żukoviensi[3] salutem in Domino sempiternam. Expositum nobis fuit pro parte reverendi Michaelis Chotkowski vicarii ecclesiae Zbuczynensis[4], qualiter ipse exsistens calefactus potu, dum quidam monachus Basilianus ritus Graeci supervenisset in domum, in qua exponens tractabatur, eidem patentes laceravit, ipsumque per barbam traxit aliasque violentias intulit, ratione cuius excessus citatus exsistens ad iudicium Dominationis Vestrae pro excommunicato declaratus et quia Divinis se immiscuerit, irregularitatem incurrisse pronunciatus per decretum et ad carcerem deputatus, cum iniunctione, ut satisfaciat incusato;

Ad nos idcirco recursum fecit et humiliter supplicavit, ut ipsum ab excommunicatione absolvere et super irregularitate, quam postmodum, non obtenta absolutione ab huiusmodi excommunicatione, Divinis se immiscendo

---

[1] Scriptum in margine.

[2] Chelmensis.

[3] Zuccoviensis.

[4] Zbuczyn.

incurrisset, dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos ipsius supplicationibus benigne inclinati eundemque reverendum Michaelem imprimis a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet ad praesens innodatus exsistit, ad effectum potentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, perillustri et admodum reverendae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus eundem reverendum Michaelem [4r] ad se accedentem et humiliter absolvi petentem ab huiusmodi excommunicatione canonis *si quis suadentes* imposita, ipsi pro modo culpae paenitentia salutari, et dummodo prius eidem monacho, si et prout de iure, quatenus adhuc satisfactum non sit, satisfecerit iudicatoque paruerit, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur apostolica, absolvat, eousque communioni fidelium restituat secumque super irregularitate, quam Divinis se immiscendo in huiusmodi excommunicationem incurrisset, receptoque ab ipso in manibus suis iuramento, quod Divinis se in contemptum clavium non immiscuerit, eadem auctoritate dispenset ita, ut si nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, in altari ministrare et sacrificium Deo offerre nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, non plura tamen, quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, et dummodo ad id reperiatur idoneus, eidemque canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae die 20. Iulii anno Domini 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus Deovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 74

Cardinalis d'Arquien ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Solcoviae 22 VII 1696

Card. D'Arquien, Mariae Casimirae pater, docet Daviam in se stipatoresque suos, cum Solcoviam iter facerent, prope parvum oppidum Magierowa dictum impetum factum esse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 434r-436r.*

Zulchieff[1] 22 luglio 1696.

Le mie carravanne, che mi precedevano d'un miglio Italiano in circa verso la sera delli 19. corrente si ritrovavano vicino ad un quarto di legha dalla picciola città di Maghierova[2], dove avevo determinato di passare la notte quando incontrarono per camino il Sig. Zlokobschi[3] nobile Polacco, padrone della detta città, in una calessa con tre Sig.ri a cavallo e loro armi, il quale per non essergli stata conceduta la mano delli primi carri a quali (come è commune) per il gran carrico era impossibile levarsi di strada preso motivo d'assumersi una grandissima colera, onde arrivato che fù all'ultima carravanna scese di calessa ritrovati 4 miei officiali, chiese uno discesso dal carro per alleggierirlo à corsa che salita una picciola, mà difficultosa collina, et ancora per raccomodare una ruota si fece incontro a questi con minaccia, e parola ingiuriosa con dire che dalli primi non li fosse stato portato il dovuto rispetto, con cedergli la mano, il che dicendo insieme et suoi Sig.ri pose mano all armi, uno delli 4. se gli a vicino con dirgli e pregarlo ad aver pronto essendo questa carravanne di S. E. Ma [illegibile], et che se gli fosse stato fatto qualche tanto io glien averei fatto giustitia, rispuose accio il nobile con parole assai offensive verso la mia persona, con gridare a suoi ammazza, ammazza, uno de quali subito corso verso il cavalcante del carro, e gli scarrico un gran colpo di sciabla sopra un braccio che quasi gli resto troncato nel medesimo tempo un' altro le loro sbarro verso i miei, che correvano al carro per prender le loro armi in diffesa del cavalcante, due colpi di pistolla, il primo de quali ando ne vuoto, et il secondo trapasso una coscia et feri l'altra ad uno da detti miei officiali, il primo de' quali che ebbe presa la spada ando ad incontrare il nobile pur per pacificar lo come nel discorso parev d'esser tale tenendo l'arme basse nulladimeno uno del detto nobile vuoto di nuovo una pistolla che non colpi onde quello che [434v] parlava con nobile essendosi voltato per osservare se era stato ferito alcuno de miei ricevette in quell'atto una sciablata sul capo dal detto nobile, il quale meno si a fugira fu seguito dal ferito e da suoi compagni arrivai Io in quell'instante con un altra carrozza de miei gentiluomini, poiche avevo veduto da longi il pericolo delle miei genti, ne avevo sellecitato l'arrivo, onde commandai a miei di scendere a terra, i quali ciò fatto, ebbero et andorno in contro al nobile, i servi del quale erano fuggiti che seguito dal ferito, et sorpreso dalla paura per le mie genti si avvicino a me pregandomi che lo salvarsi gli fù levato in questo la sciabla da miei, et essendo sempre perseguitato dal ferito che fù da miei stessi trattenuto gli commandai di non offenderlo, come segui, et lasciatolo feci rimontare ogni uno à loro luoghi, continuando il mio viaggio alla città dove con più

---

[1] Solcovia (Żółkiew).

[2] Magierowa prope Solcoviam.

[3] Żłobkowski, oppidi Magierowa possessor.

fortitudine praestantem, conicere ultro poteritis a demandanda ipsi adversus immanissimos Christiani nominis hostes orthodoxae religionis publicaeque salutis custodia; etsi autem non dubitamus, quin in confectione rei tanti momenti Regni fideique catholicae rationes continenter prae oculis habituri sitis, solicitudinis nihilominus nostrae stimulos vobis insuper duximus admovendos, quo benevolentiae nostrae magis demerendae argumentum praeberemus, quem admodum a venerabili fratre Ioanne Antonio archiepiscopo Thebarum fusius cognoscetis, dilecti Filii, quibus interim apostolicam benedictionem permanenter impertimur.

Datum die 4to Augusti 1696.

N. 97

Innocentius XII pontifex maximus ad episcopos Vendensem et Plocensem

Romae, 1696

Innocentius XII pontifex maximus electione regis adventante epistulam scripsit ad Nicolaum Popławski epum Vendensem et Ioannem Chrysostomum Załuski epum Plocensem.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 19r.*

Venerabilibus Fratribus episcopis Vendensi et Plocensi.

Innocentius papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Venerabilis frater Ioannes Antonius archiepiscopus Thebarum Fraternitatem Tuam diserte docebit, quae sint pro firmanda praestantissimi istius Regni incolumitate de propera novi regis electione vota nostra, perspectamque pietatem tuam ad comparandum nobis sine mora adeo expetitum solatium vehementer incitabit. Ut omnino itaque in re, quae nobis quam maxime cordi est, impendas operam, patriaeque una fideique rationibus auctoritate solertiaque consulas, magnopere optamus, Fraternitati vicissim Tuae non leve paternae caritatis nostrae incrementum pollicentes atque interim apostolicam benedictionem ex animo impertientes.

Datum Romae.

N. 98

Innocentius XII pontifex maximus
ad episcopos Vladislaviensem, Cracoviensem et Premisliensem

Romae, 4 VIII 1696

Innocentius XII pontifex maximus ad Stanislaum Dąmbski epum Vladislaviensem, Ioannem Małachowski epum Cracoviensem et Georgium Albertum Dönhoff epum Premisliensem electione regis adventante epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 20r.*

Venerabilibus fratribus episcopis Vladislaviensi, Cracoviensi, Premysliensi Innocentius papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Nostram de praestantissimo isto Regno sollicitudinem non est, cur Fraternitati Tuae pluribus in praesens explicemus, totus enim pontificatus nostri decursus continuata hucusque de vestra fideique incolumitate sarta tectaque servanda cura fuit; colligere quocirca hinc facile poteris, quam vehementer novi regis electionem optemus, quem scilicet rebus prospere procedentibus stabile ad eadem utriusque firmamentum pendere aperte cognoscimus. Voluntatem itaque nostram magis magisque demereberis, properam ubi tanti operis in absolutionem omnibus nervis incubueris. A perspecta vero pietate ac solertia Tua huiusmodi solatium prorsus exspectantes Fraternitati [Tuae] apostolicam benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romae die 4a Augusti 1696.

N. 99

Innocentius XII pontifex maximus
ad episcopos Luceoriensem, Samogitiensem et Camenecensem

Romae, 1696

Innocentius XII pontifex maximus ad Franciscum Prażmowski epum Luceoriensem, Ioannem Hieronymum Kryszpin epum Samogitiensem et Georgium Albertum Dönhoff epum Camenecensem electione regis adventante epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 21r.*

Venerabilibus Fratribus episcopis Luceoriensi, Samogitiensi, Camenecensi. Innocentius papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Etsi respondens apprime dignitati, qua insigniris, Fraternitatis Tuae pietas ipsa tibi incitamento fuerit ad accuratam venerabili fratri Ioanni Antonio archiepiscopo Thebarum praestandam operam in procuranda propera novi regis electione, a qua praestantissimi istius regni incolumitas magnopere pendet, paternos tamen insuper stimulos nostros tibi admovendos duximus, quo religiosis in negotio tanti momenti conatibus tuis pretium adderemus. Tuum itaque fuerit, ita te gerere, ut tibi non modo sed caritati quoque nostrae satisfacias. A perspecto zelo tuo in omni re nobis pollicentes, Fraternitati Tuae apostolicam benedictionem permanenter impertimur.

Datum Romae.

N. 100

Innocentius XII pontifex maximus ad episcopos Culmensem, Kioviensem et Varmiensem

Romae, 1696

Innocentius XII pontifex maximus ad epum Culmensem, Andream Chrysostomum Załuski epum Kioviensem et Ioannem Zbąski epum Varmiensem electione regis adventante epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 22r.*

Venerabilis Fratribus episcopis Culmensi, Kiioviensi, Warmiensi. Innocentius papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Ioannes Antonius archiepiscopus Thebarum, qui in procuranda propera simulque commendabili novi regis electione sollicitudinis nostrae partes omnes erit impleturus, Fraternitatem praesertim Tuam sedulitatis suae in consortium accerset eorumque merita in partem advocabit, qui in rem publicam atque orthodoxam religionem sibi comparebunt rei utrique quam maxime salutaris auctores. Certaturum autem te, ut laudes tam praeclaras assequaris, profecto non dubitantes, Fraternitatem Tuam de paterna caritate nostra certiorem facimus atque apostolica insuper benedictione ex animo donamus.

Datum Romae.

N. 101

Innocentius XII pontifex maximus ad archiepiscopum Leopoliensem et ad episcopos Chelmensem et Posnaniensem

Romae, 1696

Innocentius XII pontifex maximus ad Constantinum Lipski aepum Leopoliensem, ad Stanislaum Święcicki epum Chelmensem et Ioannem Stanislaum Witwicki epum Posnaniensem electione regis adventante epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 23r.*

Venerabilis Fratribus archiepiscopo Leopoliensi, episcopis Chelmensi et Posnanesi Innocentius papa XII.

Venerabilis Frater, salutem. Praestantior prefocto nulla Fraternitati [Tuae] sese offeret occasio de patria ac de religione benemerenti, quam quae a regiis comitiis perspecto zelo Tui suppeditabitur. Cum enim a propera ac commendabili novi regis electione ingens in utramque beneficium sit redundaturum, nullis sane aequanda laudibus fuerit accurata illorum opera, qui ad eandem alacriter perficiendam totis viribus incubuerint. Ut decus itaque adeo spectabile prae aliis sibi comparet Fraternitas Tua, enixe cupimus, cui apostolicam ad id benedictionem permanenter impertimur.

Datum Romae.

N. 102

Innocentius XII pontifex maximus ad nobiles

Romae, 1696

Innocentius XII pontifex maximus electione regis adventante ad nobiles epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 24r.*

Pro tribus dilectis, filiis nobilibus viris.

Dilecte Fili nobilis vir, salutem. In electione novi regis a vobis de proximo facienda vestrae non modo, sed publicae quoque saluti fuerit consulendum, venerabilis quocirca frater Ioannes Antonius archiepiscopus Thebarum accuratam apud convenientes ordines impendet operam, quo fidei publicaeque

incolumitatis custodia alicui demandetur, qui pietate ac fortitudine insignis periclitantibus rebus praesto esse valeat. In obeunda vero adeo praeclara provincia, perspecto in promovendis patriae atque orthodoxae religionis rationibus zelo, Nobilitati Tuae plurimum tribuet. Tuum itaque fuerit enixe contendere, ne conceptae iure merito de Te expectationi desis. Quod ut facilius assequaris, tibi, dilecte Fili nobilis vir, apostolicam benedictionem permanenter impertimur.

Datum Romae.

N. 103

Innocentius XII pontifex maximus ad nobiles

Romae, 4 VIII 1696

Innocentius XII pontifex maximus electione regis adventante ad nobiles epistulam scripsit.

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 25r.*

Pro aliis quattuor nobilibus viris.

Dilecte Fili nobilis vir, salutem. Praeclaris in rem publicam promeritis Nobilitatis Tuae praecipuum accedere incrementum poterit ex proxima novi regis electione; ubi enim eandem in virum cadere causaveris strenuo orthodoxae religionis amplificandae zelo flagrantem, ingenti enimvero rem publicam affeceris beneficio tuorumque decorum splendorem luculenter illustraveris. Etsi autem utrumque ultro te praestiturum pro certo habeamus, accuratas nihilominus ad id hortationes nostras tibi admovere voluimus, quo scilicet intelligeres non publicum tantum bonum, sed laudes quoque tuas nobis admodum cordi esse. Certaturum autem te enixis studiis in praesens, ut perspectae erga rationes tuas voluntati nostrae egregie respondeas, profecto non dubitantes, Nobilitati interim Tuae apostolicam benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romae die 4 Augusti 1696 p.

N. 104

Innocentius XII pontifex maximus ad nobiles

Romae, 1696

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 26r.*

Pro quattor dilectis filiis nobilibus viris.

Dilecte Fili nobilis vir, salutem. Validissimum Christianae rei publicae propugnaculum omni ab aevo Polonia fuit, regibusque hactenus floruit, a quibus orthodoxam religionem sartam tectamque pro viribus servare praecipuum, reliquas inter Regni curas, negocium est habitum; dubitare quocirca non possumus, quin Nobilitas Tua in proxima novi regis electione vetere [in] patriae fideique incolumitatem zelo feraris, cognitum habemus. Ut aliis itaque incitamento quoque sis, insuper cupimus, qui scilicet caeterorum merita in tuas laudes redundare exoptamus. Responsurum autem te praeclaris in rem publicam amoris documentis paternae caritati nostrae pro certo habentes, Nobilitati interim Tuae apostolicam benedictionem permanenter impertimur.

Datum Romae.

N. 105

Innocentius XII pontifex maximus ad nobiles

Romae, 1696

***Reg.**: ASV, Fondo Albani 193 f. 27r.*

Pro aliquibus dilectis filiis.

Dilecte Fili, salutem. Imminentia isti Regno pericula regem in praesens a senatoribus exigunt, qui strenuum iisdem pectus obicere conversosque in fidei patriaeque perniciem immanissimi hostis conatus valeat retundere. Quae itaque Tibi partes incumbant in proxima novi regis electione, supervacaneum profecto ducimus Tibi pluribus exponere, ingenitus enim in rem publicam amor eximiumque in orthodoxam religionem studium abunde Te de hoc docebunt. Ut laudes igitur tuas in hortationibus nostris agnoscas, interim cupimus praestantioribus, ubi facultas aderit, propensae voluntatis documentis pro meritis tuis responsurum, Tibi autem apostolicam benedictionem permanenter impertimur.

Datum Romae.

N. 106

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Małachowski epum Cracoviensem

Varsaviae 5 VIII 1696

Episcopo Cracoviensi potestas data est, ut Petrum Kwiatanowski, qui coram aliis sacerdotibus Petro Rozwalski vicario alapam infregit, excommunicatione absolveret et consecraret.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 6v-7v.*

Commissio ad absolvendum a canone, si quis a excommunicatione canonis *siquidem* et dispensandum super irregularitatem[1].

Ioannes Antonius De Via et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Thebarum, sanctissimi Domini nostri domini Innocentii Divina providentia Papae XII praelatus domesticus et assistens, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere nuntius.

Dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi seu eius perillustri reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali salutem in Domino sempiternam. Expositum nobis fuit pro parte reverendi Petri Kwiatanowski parochi Przyszoviensis[2] dioecesis Cracoviensis, qualiter ipse adhuc 13. Ianuarii anni currentis in domo plebanali Przyszoviensi reverendum Petrum Rozwalski vicarium in Zacho[3], nulla data causa, aliquoties colaphisavit in praesentia aliorum presbyterorum, ex qua percussione facies et oculus intumuerat, et post, non facta reconciliatione seu deprecatione, non considerans canonem, celebravit usque ad Maium. Mense Maio adcitat reverendus Rozwalski eund[7r]em reverendum Kwiatanowski ad videndum declarari ipsum incidisse in canonem *si quis suadentes* comparuit, narrata, prout narrabantur, negavit, iudicium episcopale Cracoviense, attenta modificata ipsius responsione et in parte agnito facto, eundem ab altari suspendit, in reliquis ad probandum actorem admisit, commissarios deputavit; quando autem debebat expediri commissio et inquisitio, percussor recollectus non permittit deveniri ad commissionem, accordat percussum et in praesentia vicinorum parochorum accordavit, iuxta arbitrium ipsorum satisfecit, nunc vero ad nos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut ipsum ab huiusmodi canonis censura absolvere secumque

---

[1] Scriptum in margine.
[2] Pychowice in dioecesi Cracoviensi.
[3] Zahoczwie.

super irregularitate, quam Divinis se immiscendo, non obtenta absolutione, incurrisset, dispensare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos ipsius supplicationibus benigne inclinati, eundemque imprimis aliis quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet ad praesens innodatus exsistit, ad effectum potentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes ac certam de praemissis notitiam non habentes illustrissimae et reverendissimae, seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus, verificatis narratis, eundem reverendum Kwiatanowski ab huiusmodi canonis *si quis suadentes* & excommunicatione, imposita ipsi pro modo culpae paenitentia salutari et dummodo praedicto reverendo Rozwalski, si et prout de iure, quatenus adhuc satisfactum non sit, satisfecerit iudicatoque paruerit, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica absolvat, eumque communioni fidelium restituat secumque super [7v] irregularitate, quam, ut supra, contraxisset, recepto tamen prius ab ipso iuramento, quod in contemptum clavium Divinis se non immiscuerit, eadem auctoritate dispenset, omnemque irregularitatis maculam sive notam exinde provenientem abstergat et aboleat ita, ut praemissis non obstantibus, nisi aliud canonicum ei obstet impedimentum, in altari ministrare et sacrificium Deo offerre necnon quaecumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, non plura tamen quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, dummodo nihilominus sibi canonice conferantur, ad idque reperiatur idoneus, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae die quinta mensis Augusti anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius
Locus + sigilli

N. 107

Ioannes Antonius Davia ad Franciscum Ioannem Klimkowski

[Varsaviae] 6 VIII 1696

Dispensatio super interstitiis et extra tempora concessa Francisco Ioanni Klimkowski ad omnes sacros ordines, ob necessitatem ecclesiae parochialis in Łąka.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 7v.*

Die sexta Augusti 1696. Dispensatio super interstitiis et extra tempora concessa Francisco Ioanni Klimkowski ad omnes sacros ordines, ob necessitatem ecclesiae parochialis in Łąka.

N. 108

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Małachowski epum Cracoviensem

Varsaviae 6 VIII 1696

Potestas epo Cracoviensi data est, ut dispensaret Paulum Witkiewicz vicarium Sledzieiovicensem, qui excommunicatione notatus missam celebravit.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 7v-8r.*

Commissio ad dispensandum super irregularitate contracta ex celebratione missarum in excommunicatione.

Ioannes Antonius De Via, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Thebarum, sanctissimi Domini nostri domini Innocentii Divina Providentia Papae XII praelatus domesticus et assistens, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere nuntius.

Dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali salutem in Domino sempiternam. Expositum nobis fuit pro parte reverendi Pauli Witkiewicz presbyteri vicarii Sledzieiovicensis[1] dioecesis Cracoviensis, qualiter ipse occasione non restitutionis [8r] librorum duorum commodatorum, ex instantia reverendi Alberti Lipski parochi in Rokitno[2], a iudicio consistoriali Cracoviensi excommunicatus exsistens, censuras sibi intimatas non intellexit et Divinis se ignoranter seu bona fide immiscuerit exindeque irregularitatem contraxit. Quapropter ad nos recursionem habuit et humiliter supplicavit, ut secum super huiusmodi irregularitate dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos ipsius supplicationibus benigne inclinati, eundemque imprimis aliis quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si

---

[1] Śledziejowice in dioecesi Cracoviensi.

[2] Rokitno.

quibus quomodolibet ad praesens innodatus exsistit, ad effectum potentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, illustrissimae et reverendissimae, seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus verificatis narratis, cum eodem reverendo Paulo Witkiewicz, recepto tamen prius ab ipso iuramento, quod in contemptum clavium Divinis se non immiscuerit, super irregularitate sic, ut supra, contracta, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica dispenset omnemque irregularitatis maculam sive notam exinde provenientem abstergat et aboleat ita, ut, si nullum aliud ei obstet impedimentum canonicum et postquam absolutionem a praedicta excommunicatione obtinuerit, in altari ministrare et sacrificium Deo offerre, nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, dummodo tamen sibi canonice conferantur, nec plura sint quam quod iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, ad idque reperiatur idoneus, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae die sexta mensis Augusti anno Domini 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus.
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 109

Ioannes Antonius Davia ad Alexandrum Kosczyński

Varsaviae 6 VIII 1696

Dispensatio ad Alexandrum Kostrzyński consecrandum ob necessitatem ecclesiae cathedralis Cracoviensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 8v-9r.*

Dispensatio extra tempora ad diaconatum et presbyteratum pro necessitate ecclesiae.

Ioannes Antonius De Via, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Thebarum, sanctissimi Domini nostri domini Innocentii Divina Providentia Papae XII. praelatus domesticus et assistens, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere nuntius.

Dilecto nobis in Christo reverendo Alexandro Kosczynski dioecesis

Cracoviensis, salutem in Domino sempiternam. Exponi nobis fecisti, qualiter ecclesiae cathedralis Cracoviensis necessitas postulet, ut ad sacros diaconatus et presbyteratus ordines promovearis cupiasque eisdem ordinibus quantocius insigniri; unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicavisti, ut eosdem extra tempora a iure statuta, et interstitiis a sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concordare dignaremur.

Nos igitur necessitatibus ecclesiarum, quantum cum Domino possumus, opportune consulere volentes, supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, facultatem petitam in Domino tibi concedimus atque impertimur; committentes propterea cuicumque catholico antistiti, gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti, in nostra legatione commoranti, in propria dioecesi residenti vel in aliena de ordinarii loci licentia pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut Dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper alicuius temporis spatio arbitrio antistitis praelati definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta et interstitiis praedictis minime servatis, etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum dimissorialibus ordinarii tui, ad sufficientem patrimonii seu beneficii titulum, quatenus ad id idoneus alias reperiaris nullumque canonicum tibi obstet impedimentum et servata forma canonum et sacri Concilii Tridentini nec non constitutione sanctissimi Domini nostri domini Innocentii XII. Papae moderni, pridie Nonas [9r] Novembris anno 1694 edita, dummodo causatur, quod adminus per annum maneas in actuali servitio dictae ecclesiae, libere et licite te ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas, auctoritate apostolica, qua vigore legationis fungimur, apostolicam licentiam et facultatem concedimus atque impertimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalibus conciliis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod praesentes nullius sint roboris et valoris, nisi constito prius ordinanti, si proprius ordinarius fuerit, si minus, per litteras testimoniales ordinarii tui seu ipsius vicarii in spiritualibus et officialis generalis, de praedicta necessitate ecclesiae. In quorum fidem datum Varsaviae, die sexta mensis Augusti anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus.
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 110

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Grobliński ex dioecesi Posnaniensi

[Varsaviae 6 VIII 1696]

Dispensatio Matthiae Nowacki ob necessitatem ecclesiae Vielicensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 9r.*

Eadem die [6 Augusti] similis ad omnes sacros ordines concessa Matthiae Nowacki, ob necessitatem ecclesiae Vieliciensis[1].

N. 111

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Reverentiam suam erga cardinalem ostendit eumque salvere iubet.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 444r.*

Eminentissimo etc.,

Vengo portato a recar a V.E. l'incommodo della lettura de' fogli aggiunti per la fiducia che tengo sia l'E.V. per compatire, e gradire in essi le continuate prove della mia sommessa obbedienza. Vorrei fussero degni di passar sotto gli occhi della Santità Sua, ma perche non mi riprometto tanto dalla debolezza di queste notizie le rassegno umilissimamente alle benignissime disposizioni di V.E., alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Velisca (vel Magnum Sal).

N. 112

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Docet litteras die 14 mensis Iulii datas sibi redditas esse. Cardinali salutem dicit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 445r.*

Eminentissimo etc.,

Al riveritissimo dispaccio di V.E. de' 14. caduto capitatomi ieri perfetto in tutte le parti ennunziate replico quant'occorre ne' pochi umilissimi fogli aggiunti unitamente con quel di piu che deve la mia sommessa obbedienza alle parti del ministero. Supplico l'umanità singolare dell'E.V. continuare l'onore del benignissimo suo compatimento a' reiterati sforzi delle mie deboli premure, et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a]–Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe–[a]

[a–a] *autographum*

N. 113

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Docet brevia pontificia regiae genti et epistulas cardinali Radziejowski, qui a Varsavia abest, a se traditas esse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 446r-446v.*

Eminentissimo etc.,

Poiche il Sig. cardinale l'Arguayn[1] si trova in Russia in compagnia della regina dovrò trasmettergli il breve di N.S., e 'l foglio di V.E. con lettera, che contenga l'espressioni piu proprie a dimostrargli palesi gli effetti della beneficenza di Sua Santità nella congiuntura presente. Quanto però al ricapito

[1] Cardinalis d'Arquien, Mariae Casimirae reginae pater.

dell'altra lettera scritta al Sig. cardinal Radzieiowski non trovandosi egli piu lontano di sette leghe da Varsavia, procurarò di portarla io medesimo all'E.S. uno de' giorni di questa settimana, augurando intanto al mio profondo ossequio l'onore del riveritissimo [446v] gradimento di V.E. alla medesima, per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 114

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Scribit de Benedicto Sapieha, aerarii praefecto Lithuano, qui ad pontificem maximum epistulam dedit, ut fratrem Casimirum a Constantino C. Brzostowski epo Lithuano excommunicatione notatum adiuvaret. Docet de conventiculis Lithuanis habitis, ubi gens Sapieharum primas partes egit. Actum est de abbatiis commendatariis deque exercitu Lithuano deducendo in hiberna in praediis ecclesiasticis et in praediis epi Constantini Brzostowski posita.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 447r-448v.*

Giovedi passato questo gran tesoriere di Lituania[1] fratello del generale di quel Ducato[2] mi fece far istanza, accioche supplicarsi la Santità di N.S.a differir la cognizion della causa del sudetto suo fratello, facendomi sperare che all'arrivo del medesimo in Varsavia non si sarebbe mostrato alieno dal proporre nuovi temperamenti ad effetto di placare Monsig. vescovo di Vilna[3], e conciliarsi nel medesimo tempo il gradimento di Sua Beatudine. Mi mostrai pronto a servire la casa Sapieha in questo particolare venendovi ani[447v]mato da gli ordini riveritissimi di V.E. de' 23. giugno prossimo la quale mostrava di preferire un raggionevole accordo a qualunque maggior discussione della causa. Tuttavia non so' se habbia bastantemente appagati gli animi de due fratelli, mentre col le ultime lettere di Lituania s'è inteso, che di quelle

---

[1] Benedictus Sapieha (obiit anno 1707), inde ab anno 1670 aerarii praefectus Lithuanus.

[2] Casimirus Sapieha, hetmanus magnus Lithuanus.

[3] Constantinus Casimirus Brzostowski.

dietine dove regna la casa Sapieha, una si è disciolta con lo spargimento di molto sangue per essersi alcuni opposti a decreti, che volevano far contro Monsig. vescovo di Vilna[4], e l'altre tutte hanno ingiunto a loro Nun[448r]zii d'insistere nella convocazione imminente acciò che il ministro apostolico sia mandato fuori del Regno, fin tanto non si concluda l'affare del giuspatronato dell'abbazie preteso da questa Corona. Nel medesimo tempo mi vien riferito che non contento il Sig. gran generale di Lituania[5] d'haver danneggiati co' quartieri delle milizie tutt'i beni della chiesa di Vilna, habbia ora cominciato a rovinar le terre patrimoniali di Monsig. vescovo[6], havendovi assegnato l'allogio a due compagnie di soldati. Onde non sa[448v]prei cosa conchiuder altro dagli andamenti cotanto diversi, che implorar la benignità di V.E. ad effetto di far goder alle mie debolezze il benefico compatimento di N. S., et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 115

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Docet de viro nobili, cuius causa apud tribunal nuntiaturae est, quia homines cardinalis d'Arquien impugnavit. Scribit etiam de brevibus pontificiis electione regis adventante missis.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 449r-450r.*

Eminentissimo etc.,

Vorebbe il Sig. cardinal Radzieiowski che si cominciasse nel mio tribunale la causa contro quel nobile di casa Glokowski ch'hebbe ardire li giorni passati d'insultar le genti del Sig. cardinale d'Arguayn[1] con aggravio ancora della sua persona, e qualità di porporato. Ma perche l'apprensione che mostra Sua Eminenza di non entrar in qualche impegno con questa nobiltà pendente

---

[4] Constantinus C. Brzostowski.

[5] Casimirus Sapieha, hetmanus magnus Lithuanus.

[6] Constantinus C. Brzostowski.

[1] Card. D'Arquien.

l'interregno, dev'esser maggiormente in me per lo meno fin tanto non sono publicamente riconosciuto per ministro di N.S., mi son appigliato al ripi[449v]ego di eccitare unitamente il zelo di Monsig. vescovo di Chelma[8], nella cui diocesi è stato commesso l'eccesso a fare quelle dimostrazioni, che si richiedon ad un tanto attentato. Cuopro questa mia circospezione con dire che non essendomi permesso dalle facoltà di nunzio il giudicare in prima istanza nel Regno, devo necessariamente attender la sentenza dell'ordinario avanti d'intromettermi nella causa, e frattanto raccomando l'affare ad un zelantissimo prelato il quale non mancarà ad alcuna delle parti della giustizia, e della restitudine. Intanto [450r] spero che pervenendom'i brevi per la convocazione e non vi essendo le opposizioni, che vengon minacciate da' Lituani alla spiegazione del mio carattere potrò poi con maggior libertà e non minor vigore sodisfar a' proprii doveri in questa causa, ed in tutte l'altre occorrenze del mio ministero, e cui implorando la continuazione dell'alto patrocinio di V.E. alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

N. 116

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Docet de controversiis circa abbatias commendatarias in conventiculis Lithuanis et Poloniae Maioris ortis. Tradit ea, quae in iis controversiis componendis obiecta erant.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 451r-452r.*

Eminentissimo etc.,

Non solo le diete della Lituania han trattata la materia del giuspatronato preteso da' regii in tutte l'abbazie di questo regno, ma quelle ancora della Polonia maggiore benche piu moderate. Han però ordinato che si esigga dal ministro apostolico una categorica risposta sopra l'affare. Mi lusingo di dover haver ben presto qualche cenno da V.E. in replica di quel tanto hebbi

---

[8] Stanislaus Święcicki, epus Chelmensis.

l'onore di esporle circa tal emergente a' 3. del caduto, mà quand'anche fussero state diferite le risoluzioni fin all'arrivo della presente spero che le risposte siano per giunger in [451v] tempo che la convocazione non si trovi ancora adunata. Supplico perciò l'E.V. degnarsi di onorar la mia insufficienza di qualche cenno sopra le due pretensioni mosse nel trattato da' regii, l'una che gli abbati delle nuove abbadie da farsi non vengano piu a Roma a prendervi la provigione apostolica, riducendosi que beneficii a semplici titoli senza giurisdizione, e senza prerogativa veruna, e l'altra che li tre o quattro proveduti in questi ultimi anni dal re siano mantenuti nel possesso delle loro abbazie in pregiudizio de provisti apostolici. Auguro intanto a me medesimo la for[452]tuna di poter secondare col zelo di V.E. la volontà infallibile di N.S. et implorando alle mie debolezze il solito benignissimo gradimento di V.E., alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

N. 117

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Stanislao Bogusławski canonico cathedrae Vladislaviensis mortuo necesse erat successorem eius creari. Nuntius ex cardinale quaerit, quam potestatem eius rei conficiendae habeat.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 454r-455r.*

Eminentissimo etc.,

Ancorche sembri ch'io sia per occupare la benignità di V.E. con una materia particolare, e gia dedotta al foro giuridico. Nondimeno trattandosi delle prerogative di questo ministero, che riconosco dalla di lei umanissima protezione mi rendo ardito ad incommodarla. Per la morte del Sig. Stanislao Boguslawski[1] seguita del mese di genaro prossimo vacò alla collazione pontificia un canonicato della cattedrale di Vladislavia, il quale non essendo per verun' altra ragione affetto alla Santa Sede, fù subito conferito da Monsig.

[1] Stanislaus Bogusławski, canonicus Vladislaviensis.

Santa Croce in vigore delle sue [454v] facoltà ad un certo Stanislao Wieskiski gentiluomo di queste parti. Credeva egli di goderne il pacifico possesso, a cui venne senza difficoltà ammesso dal capitolo della cattedrale quando è stato citato a comparir al tribunale di Monsig. Tomaso come giudice esecutore delle bolle concesse da cotesta Dataria nel mese di marzo ad un certo Stanislao Hosio[2], che ha preteso d'impetrare la sudetta prebenda col tacer la collazione fattane in partibus dal ministro apostolico. Perche puo l'essere che la Dataria supponga la facoltà del nunzio di Polonia ristrette alle Chiese che non son cattedrali, come [455r] intendo esser quelle del nunzio di Spagna[3] mi fò lecito di aggiungere in copia la particola concernente le medesime, ove eccettuandosi le dignità principali delle chiese cattedrali vien in un certo modo ad asserirsi che i canonicati da' conferirsi dal nunzio, et espressi nel principio della grazia sono tutti senza restrittione veruna. Quando però la Santità di N.S. volesse che fusse altrimenti giudicato supplico la benignità di V.E. onorarmi de' suoi cenni ad effetto di regolar le premure della mia obbedienza a tenore de' giustissimi decreti della Santità Sua. Et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 118

Adnotatio lituraria ad beneficia concedenda pertinens

Fragmentum Facultatum ad beneficia concedenda pertinens.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 456r-456v.*
***Cop.**: ASV, Sec. Brev. 1932, f. 18r-18v.*

Ad haec quaecumque ecclesiastica beneficia, cum cura et sine cura,

---

[2] Stanislaus Hosius (1674–1736), anno 1696 canonicus Iunivladislaviensis, postea epus Livonicus (1721) et Camenecensis (1722).

[3] Iosephus Archinto (1651–1699), die 13 III 1686 aepus Thessalonicensis. Nuntius apud Tuscos 22 IV 1686. Nuntius apud Venetos 15 XII 1689. Nuntius apud Hispanos 13 I 1696 – 29 VIII 1700. Aepus Mediolanensis 18 V 1699. Nuntius Matritensis 5 V 1696–29 VIII 1700. In consistorio die 14 XI 1699 habito ab Innocentio XII cardinalis-presbyter creatus est. Conclavi anno 1700 habito interfuit, sed morbo impeditus est, quominus sententiam ferret.

saecularia in Regno, ducatibus, comitatibus in dominiis praedictis consistentia, etiamsi saecularia, canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia, parochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, regularia vero huiusmodi prioratus, praepositurae, personatus, administrationes vel officia huiusmodi, consueverint quae per electionem assumi eisque cura immineat animarum, dummodo saecularia canonicatus et praebendae seu dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus et collegiatis ecclesiis principales, regularia vero beneficia huiusmodi conventuales dignitates aut monasteria non sint, ac nulla beneficia praedicta dispositioni apostolicae, alias quam ratione vacationis illorum in mensibus, in quibus vacantium beneficiorum dispositio nobis [456v] et Apostolicae Sedi reservata exsistit vel pro tempore erit reservata vel affecta exsistat, per obitum illorum possessorum aut alias quovis modo ac ex quorumcumque personis extra Romanam Curiam et intra limites tuae legationis vacantia et vacatura personis idoneis iuxta Concilii Tridentini aut alias canonicas sanctiones qualificatis, et servata in parochialibus ecclesiis praedicti Concilii Tridentini forma conferendi (*subintelligendum* facultatem concedimus).

N. 119

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Docet de rebus ad comitia convocativa adventantia pertinentibus. Refert de conventiculis anteconvocativis in Lithuania habitis deque conventiculis in Polonia Maiore et Polonia Minore habitis, de epistulis a regina, principibus et Sapiehis conventiculorum habendorum causa scriptis. Docet a quibusdam postulari, ne regina tempore electionis Varsaviae esset. Id agi, ne „Piastus" in candidatorum numero esset. Legatos Francogallicum et Austriacum quaedam moliri. Disputat de Sobiesciis atque alienis throni candidatis.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 457r-462r.*

Considerazioni preliminari alla convocazione del Regno di Polonia, che si cominciarà a 29. di agosto 1696.

Perche non si è potuto fin a questi ultimi giorni saper il successo di tutte le diete particolari del Regno, pareva frustraneo il discorrere degli andamenti d'una nazione, che divisa in piu fazioni non haveva ancora palesati dopo la morte del re i proprii sentimenti in alcuna publica adunanza. Ora però essendo già capitati tutti gli avvisi di tutte l'assemblee che si sono tenute à 27. e 28. caduto apparisce, che sebben' alcuni pospongono l'interesse del publico alle

convenienze, e passioni particolari, nondimeno la maggior parte di questa nobiltà non ha abbandonate le massime non men giuste che antiche di preferir il vantaggio del Regno a qualsivolglia altro riguardo. Per tal ragione in una così gran divisione degli animi nata dalla disap[457v]plicazione al governo in questi ultimi anni del re defonto, e dalla interuzione di diverse diete, ed accresciuta da' dispareri insorti ultimamente fra i Lubomirski fomentati da un grandissimo seguito di senatori, e la casa regia, non ostante dico la divisione degli animi in tre soli palatinati di 34. che si trovano in Polonia, sono state rotte le diete nelle quali si elleggevano i nunzii dell'ordine equestre per l'imminente convocazione.

In quella di Russia il disordine è nato per haver voluto il castellano di Chelma[1] vendicarsi col bastone d' un' affronto che supponeva esser stato costretto soffrir in passato dallo Smit[2] borgomastro di Danzica onde essendosi il borgomastro sudetto ritirato con le solite proteste di non acconsentire a qualunque risoluzione della dieta, han dovuto gli altri ancora andarsene e chiedere al Sig. cardinal Radzieowski nuove lettere per un'altra adu-[458r]nanza, prima della quale procuraranno di sodisfare il magistrato di Danzica offeso negli aggravii inferiti al suo Rappresentante. L'altra del palatinato di Bressici[3] in Lituania non ha goduto miglior successo per la competenza di due giovani cavaglieri, i quali non havendo voluto ceder l'uno all'altro nella pretensione d'esser destinato nunzio alla convocazione han portata la disputa tant'oltre ch' essendo venuti delle parole all'armi la nobiltà s'è absentata dall'adunanza senza far altra conclusione, che però si attende subito che riceverà dal Sig. cardinal primate gli ordini d'unirsi novamente. La terza dieta del palatinato di Breslavia[4] posto ancor esso in Lituania è stata sciolta con torbidi molto maggiori havendo corso pericolo di perdervi la vita lo Sluska[5] general campestre del gran Ducato, perche haveva voluto opporsi ad [458v] alcuni decreti, che da' parziali della casa Sapieha si progettavano contro Monsig. vescovo di Vilna[6], e contro la libertà della Chiesa.

Le altre tutte si sono terminate con vicendevole sodisfazione, e senz'altri disturbi, che quelli sono stati cagionati dalla lettura di diverse lettere scritte alle diete particolari del Regno dalla regina[7], da' principi regii[8], dal gran maresciallo[9], dal tesorier del Regno[10], e da altri in proposito delle convenienze

---

[1] Stanislaus Druszkiewicz insignis Bożawola, castellanus Chelmensis.
[2] Ioannes Ernestus Schmieden, praefectus Gedaniae.
[3] Palatinatus Brestensis.
[4] Palatinatus Braclaviensis.
[5] Iosephus B. Słuszka, hetmanus campestris Lithuanus.
[6] Constantinus C. Brzostowski.
[7] Maria Casimira.
[8] Iacobus, Alexander et Constantinus Sobiescii.
[9] Stanislaus Lubomirski, marescalcus magnus.
[10] Hieronymus Lubomirski.

della casa regia, e de' tentativi fatti dal maresciallo predetto, e dal tesoriere d'arrestare i tesori del re defonto. Le diete della Polonia maggiore hanno altamente disapprovato il fatto questa di Mazovia[11], et alcune della Polonia minore[12] non han voluto dichiararsi, le altre della Lituania, e della Russia hanno approvato l'arresto de' sudetti officiali del Regno onde stante la divisione de' pareri in questo particolare, sembra da temersi qualche [459r] funesto principio alla convocazione, se per sorte i Lubomirski s'impegnano a voler far autenticare l'arresto da quelli, che si sono mostrati ò neutrali, o contrarii al medesimo. Per altro tutte le addunanze hanno mostrata una grandissima aversione alla regina essendosi le diete confederate, contro di essa a titolo d'impedire le brighe, essendosi alcune avanzate a supplicarla di non accostarsi a Varsavia durante la convocazione, e l'Elezione, ed havendo una fra l'altre risoluto prepare la Maestà Sua d'uscire dal Regno per tutto il tempo accennato. Ciò però non ostante pensa la regina portarsi a Varsavia, e gia fà correr la voce d'esservi stata invitata dal Sig. cardinal Radzieowski per regolarsi poi secondo verrà ricevuto simil avviso. S'è pur anche presa generalmente la risoluzione di escluder i nazionali, che chiamano Piasti[13] che gl'istessi Lubomirski[14], e Sapieha[15], che sembrano [459v] pretender alla corona han lasciato correr senza opposizione simil progetto, che non ha però impedite le due elezioni passate ancorche fusse ogni volta inferito l'articolo nelle istruzioni date a'nunzi d'allora dell'ordine equestre.

Rispetto al principe Giacomo la nobiltà del second'ordine ha palesata qualche inclinazione verso la di lui persona piu però a causa de' meriti del padre che delle proprie sue qualità personali, venendo esso tacciato d'incostante, e violento nelle sue operazioni; Si suppone perciò che comparendo la nobiltà a cavallo l'A.S. possa havere la miglior parte nell'elezione, ancorche alcuni de' senatori minaccino di far comprender all'ordine equestre che il principe Giacomo non possa aspirare al trono per esser nato prima che il padre venisse eletto re di Polonia. Quando non succeda al principe Giacomo di ottener la Corona, che fin ora non gli è contrastata da veruno de' [460r] ministri stranieri; fra quali il Cesareo[16] l'appoggia validamente e l'ambasciator Cristianissimo[17] si dichiara di non escluderlo, è da temersi o d'un lungo interregno, o di qualche funestissima divisione fra nazionali parendo che i Lituani minacciano di separarsi per

---

[11] Masovia.
[12] Polonia Minor.
[13] Piasti – Poloni, qui throni candidati prodierunt.
[14] Lubomirski candidatus throni.
[15] Sapieha candidatus throni.
[16] Carolus Sedlnitzky.
[17] M. de Polignac, legatus regis Francogallorum.

sempre dalla Polonia se non si elegge un re loro concittadino qualunque volta si escluda la casa regia, e non s'ammettino forastieri.

Simil discorsi della nobiltà Lituana obbligano i particolari Polacchi a celar le proprie pretensioni contentandosi i due fratelli Lubomirski[18] maresciallo e tesoriere d'opporsi indirettamente alla casa regia, et à forastieri, e mostrando il Jablonoski gran generale del Regno[19] di non aspirare ne punto ne poco alla Corona. Dall'altra parte i Sapieha non havendo amici nel Regno ristringono le loro diligenze a nutrire le male sodisfazioni della nobiltà contro la regina col supposto di far escluder i principi regii per l'odio che si havrà alla madre, e sperano frat[460v]tanto di poter superare col tempo e colle aderenze quelle difficoltà che senza dubbio incontrarebbero adesso se volessero sul bel principio scuoprir i proprii sentimenti. Tali dunque essendo i disegni et i fini de' grandi di questo regno si stà curiosamente attendendo l'adunanza della convocazione, che con determinar il tempo della dieta per l'elezione darà chiaramente a conoscere se predominino nel Regno i ben affetti al publico riposo ò li parziali delle case, e de' soggetti accennati di sopra, sembrando quelli inclinati a prolungar l'interregno fin alla prossima State quando la nobiltà vorrebbe haver il nuovo re avanti il fin di novembre. Nello stesso tempo si udiranno quali siano gli altri pretendenti alla Corona, de' quali niuno ancora si è dato a conoscere oltre li tre figliuoli del re defonto uniti a promuovere successivamente le proprie convenienze, benche si predeva ch'escluso una volta il principe Giacomo saranno più facilmente rigettati gli altri due [461r] Alessandro[20] e Costantino[21] l'uno per non esser gradito dalla nazione, e l'altro per l'età troppo tenera. Havevan alcuni discorso del Sig. elettore di Baviera[22], ma oltre che l'ordine equestre non preterirà senza causa il sangue regio, i senatori l'apprendono per esser troppo bellicoso, e potente e molto più per mostrarsi molto affezionato a gli interessi della regina, onde non v'essendo apparenza che possa ottener la Corona anche quando la nazione volesse scieglier il re fuor della casa regia, ha risoluto d'inviar a questa corte il Sig. abbate Scarlatti[23] per accudire agli interessi della regina suocera, e de' principi suoi cognati, facendo publicare che non aspira S.A. ad occupar il trono in pregiudizio de' suoi congiunti.

Cessata l'apprensione che havrebbero potuto havere i principi regii dell'intenzione del cognato elettore non resta loro che di temere degli altri stranieri di Nazione Alemanna, che vengon tutti [461v] esclusi dal partito di

---

[18] Iosephus et Hieronymus Lubomirscii.

[19] Stanislaus Jabłonowski, hetmanus magnus Regni.

[20] Alexander Sobieski.

[21] Constantinus Sobieski.

[22] Maximilianus II Emanuel, elector Bavaricus, maritus Theresiae Cunegundis de Sobiesciis.

[23] Sacerdos Scarlatti, agens Varsaviensis Maximiliani II Emanuelis, electoris Bavarici.

Francia e che difficilmente verrebbero per altro accettati stimandosi troppo giovane il Duca di Lorena[24], troppo poveri i principi di Neoburgo[25], e troppo disapplicato quello di Baden[26], che sono i soggetti de' quali s'è tenuto qualche discorso, fra' senatori. Il tutto però si è trattato senza fondamento veruno, mentre essendosi dichiarato l'Imperatore a favore del principe Giacomo nissuno de' sudetti principi ha palesata qualch'intenzione di pretender alla Corona di Polonia independentemente, e da' sentimenti di Sua Maestà Cesarea[27].

Dalla parte di Francia non si sente ancora veruna, che aspiri a questo regno, e quando vi fusse alcun pretendente di quella nazione non si sà con qual successo, e per la forte opposizione, che incontrarà sempre un francese in tutti gli aderenti al partito Austriaco, e per il poco concetto, che gode tutta la nazione, appresso la nobiltà dell'ordine equestre. Solamente è stato parlato come accidentalmente del re Giacomo [462r] d'Inghilterra[28] verso cui alcuni de' senatori hanno mostrata qualche inclinazione per la speranza che hanno di vedere il Cristianissimo unitamente col principe Oranges[29] distribuir denari, et al publico, et a particolari ad effetto di unir dall'impegno in che vengono costituiti dalla persona del predetto re. Questa proposizione fù cosi generalmente applaudita dall'universale in Varsavia che pare ne habbia fatto qualche caso l'ambasciatore di Francia[30] dicendosi haver gia rappresentata al re Cristianissimo la facilità che sperarebbe trovare nell'avanzamento di simil progetto quando la Maestà Sua lo credesse opportuno per facilitare la pace generale.

N. 120

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 7 VIII 1696

Electione adventante docet de Maria Casimira et Iacobo, de conventiculis

---

[24] Leopoldus, princeps Lotharingicus, Eleonorae archiducissae filius.

[25] Principes Neoburgenses: Ioannes Wilhelmus (1658–1716), regnavit inde ab anno 1690, et Carolus III Philippus (1661–1742), regnavit inde ab anno 1716.

[26] Ludovicus Wilhelmus (1655–1707), regnator Badeniae.

[27] Leopoldus I imperator Austriacus (1640–1705), imperator inde ab anno 1658, anno 1676 Eleonoram Magdalenam (1655–1720) uxorem duxit.

[28] Iacobus II (1633–1701).

[29] Wilhelmus III (1650–1702), princeps Arausiensis.

[30] M. de Polignac.

Brestensibus, Prussicis et Braclaviensibus bene habitis. Notum facit, quo loco in confinio Turcico res se habeant.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 463r-463v.*

Foglietto.

Si restitui solamente mercordi mattina il principe Giacomo a questa città d'onde si porto a dirittura all'eremo de' Camaldolesi in distanza di due leghe da Varsavia, e qui vi si trattenne due giorni fin tanto non fù invitato dallo starosta, o sia governatore del castello e restituirsi alla sua residenza. Si trova perciò allogiato in castello, ma si dubita se sia per dimorarvi nel tempo della convocazione quando non vi si trovi la Maestà della regina temendo possan essergli mosse difficoltà da nunzii dell'ordine equestre e da senatori medesimi, che non amaranno vederselo vicino e allogiato in castello nel tempo dell'adunanza di tutta la Repubblica nel medesimo luogo. La venuta della regina è ancor incerta protestandosi lo starosta di Varsavia[1] voler escluderla dal castello, e non pensando forse la Maestà Sua di accostarsi alla città se non è sicura di restarvi con quelle distinzioni di [463v] onore, che si convengon al suo carattere. Viene scritto da Danzica[2] esservi giunto cola' un ministro della Corona di Svezia, che dovrà portarsi a Varsavia quando si adunara la dieta dell'elezione per invigilare in tal congiuntura a gli interessi, et a' vantaggi del proprio principe.

tempus permanens, ad omnem tamen uberiorem cautelam ad nos recursum fecisti et humiliter supplicavisti, quatenus si qua eapropter irregularitate tenearis, tecum dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos Tuis supplicationibus benigne inclinati teque imprimis a quibusvis absolventes et absolutum fore censentes, tecum dummodo narrata veritate nitantur, vitae ac morum probitas et alia virtutum merita tibi alias suffragentur, super irregularitate, quam per ortum ex matre sectae calvinisticae contraxisses, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica dispensamus, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, quae contra te exinde exsurgeret, sic abolemus et abstergimus, ut eadem non obstante, si ad id reperiaris idoneus nullumque aliud canonicum tibi obstet impedimentum clericali charactere, sacrisque etiam presbyteratus ordinibus insigniri et in illis promotus, in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre, nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, dummodo tamen tibi canonice conferantur nec plura sint, quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, recipere et retinere libere et licite possis et valeas. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae die 21. Septembris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilla

N. 195

Ioannes Antonius Davia ad Michaelem Stakowicz

Varsaviae 22 IX 1696

Michael Stakowicz excommunicatione pontificia absolvitur, qua ob vim in iurgio adhibitam notatus est.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 14v-15r.*

Absolutio ab excommunicatione papali[1].

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo reverendo Michaeli Stakowicz promotori rosarii in ecclesia Lvicinensi[2] dioecesis Posnaniensis salutem.

---

[1] Scriptum in margine, f. 15r.

[2] Lwówek in dioecesi Posnaniensi.

Exponi nobis fecisti, qualiter cum te revertentem domum tuam ex nundinis quidam nobilis in via provocaverit ad duellum, tu obscena verba statum tuum maxime [15r] caedentia ferre non valens, excanduisti tantisper. etiam calefactus potu existens, sed nihilominus voluisti ad tuum cubiculum divertere, attamien idem nobilis provocando te, ex bombardis brevioribus voluit contra te eiaculari, nisi cum ipso pugnavisses; tu vero taliter lacessitus, licet potuisti fugere hanc occasionem, non fugisti; exinde idem nobilis, evaginata framea a tergo prosiliens, ad caput et manus te percussit et vulneravit; dubitasque propterea te excommunicationem papalem incurrisse et ideo ad nos recursum fecisti et humiliter supplicavisti, ut te ab eadem ad cautelam absolvere de benignitate apostolica dignaremur. Nos tuis supplicationibus benigne inclinati, teque imprimis a quibusvis absolventes et absolutum fore censentes, te ab excommunicatione, si quam ex praemissis incurristi ad cautelam, dummodo tamen narrata veritate nitantur, auctoritate, qua vigore legationis fungimur, apostolica absolvimus et communioni fidelium ac altari restituimus. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae die 22. Septembris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus.
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 196

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Livonicum

Varsaviae 22 IX 1696

Potestatem dat episcopo, ut dispensationem ad sacros ordines concedat Casimiro Godecki, qui imprudenter mulierem gravidam pulsavit abortumque provocavit.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 15r-15v.*

Commissio ad dispensandum super irregularitate contracta ex causatione feminae abortus.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Livoniae et Pylthinensis salutem. Expositum nobis fuit per reverendum Casimirum Godecki parochum Nadarzynensem[1], qualiter ipse

[1] Nadarzyn.

defendens possessionem bonorum in villa Szamoty[2] iacentium, spectantium ad ecclesiam parochialem Nadarzynensem[3], in agris eorundem bonorum cum generoso Christophoro Krakowinski contentiones habuit, et exacerbatis ad invicem animis, dum ab eodem iniurias et converberationes plurimas reportavit, assumptis secum amicis ad effectum satisfactionem in illatis iniuriis et ademptionem fundorum obtinendi, ad eius praedium in villa Szamoty descendit et ibi iterum a consorte eius generosa Agnete Regulska verbis famam caedentibus affectus exsistens, in contentione huiusmodi dicta Agnes protrusa in terram exsistit, ex qua occasione, tamquam gravida, sequenti die abortum passa, qui infans tamen per dies quinque vixit.

Unde, licet directe huiusmodi abortus non sit per dictum parochum causatus, nihilominus pro securitate conscientiae, cum bonorum mentium sit timere culpam, ubi culpa non est, et dum assumptis generosis Kraliowinskie coniugibus de omnibus praetensionibus est quietatus et liber dimissus, ad nos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut secum super irregularitate ex praemissis contracta benigne dispensare dignaremur. Nos supplicationibus ipsius benigne inclinati ipsumque imprimis a quibusvis absolventes et absolu[15v]tum fore censentes, illustrissimae et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus, si per informationem ex facti personarumque circumstantiis sufficienter colligere poterit, quod talis non fuerit in huiusmodi percussione culpa aut improvidentia exponentis, per quantam dici possit homicida voluntarius, cum eodem, dummodo vitae morumque probitas et alia virtutum merita ipsi alias suffragentur, partique laesae, si et prout de iure quatenus adhuc satisfactum non sit, satisfaciat, praestito per ipsum iuramento, quod in huiusmodi percussione nullum praeviderit aut adverterit periculum abortus futurum, super irregularitate, quam ex praemissis incurrisset, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica benigne dispenset omnemque irregularitatis maculam sive notam exinde provenientem abstergat et aboleat, ita ut si nullum aliud canonicum ipsi obstet impedimentum in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, dummodo sibi canonice conferantur, nec plura sint quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae ex palatio nostro apostolico die 22. Septembris 1696.

I[oannes] Antonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

---

[2] Szamoty, vicus in dioecesi Livonica (Curonensi).
[3] Nadarzyn in dioecesi Livonica (Curonensi).

N. 197

Ioannes Antonius Davia ad Franciscum Nicolaum Chojnowski

[Varsaviae 22 IX 1696]

Dispensatio ad presbyteratum Francisco N. Chojnowski concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 15v.*

Gratis[1]. Dicta die [22 Septembris] dispensatio extra tempora ad presbyteratum concessa reverendo Francisco Nicolao Choinowski ordinis Praedicatorum provinciae Lithuaniae professo ob necessitatem ecclesiae conventus eius.

N. 198

Ioannes Antonius Davia ad Thomam Nagórka Gralewski, Petrum Rapacki, Stephanum Wielgolaski, Matthiam Karwowski, Czmielewski, Adamum Mirkowski, Balthasarem Lipski, Adamum Gromiński et Wojciechowski

[Varsaviae 22 IX 1696]

Eodem die dispensatio ad subdiaconatum, diaconatum et presbyteratum Thomae Nagórka Gralewski et ceteris concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 15v.*

Gratis[1]. Eadem die [22 Septembris] dispensatio extra tempora reverendis Thomae Nagorka Gralewski ad subdiaconatum, Petro Rapacki ad diaconatum; Stephano Wielgolaski, Matheo Karwowski, Czmielewski, Adamo Mirkowski, Balthasaro Lipski, Adamo Grominski et Woyciechowski ad presbyteratum concessa ob necessitatem ecclesiae.

N. 199

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Varmiensem

Varsaviae 22 IX 1696

Dispensatio ad sacros ordines Christiano Ryse concessa, qui parentibus Lutheranis natus est.

---

[1] Scriptum in margine.

[1] Scriptum in margine.

Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 15v-16r.

Commissio ad dispensandum super irregularitate pro eo, qui ex parentibus lutheranis natus.[16r]

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Varmiensi et Sambiensi salutem. Expositum nobis fuit pro parte Christiani Ryse dioecesis Varmiensis seu Sambiensis, qualiter ipse ad statum aspiret clericalem desideretque in eodem, quoad vixerit, Altissimo famulari; verum quia ex parentibus lutheranis ortum duxit ipseque modo primum anno praeterito a mense Februario catholicus factus est, ad nos ideo recursum habuit et humiliter supplicavit, quatenus secum super irregularitate, quam exinde contraxisset, dispensare de benignitate apostolica [16r] dignaremur. Nos ipsius supplicationibus benigne inclinati eundemque imprimis a quibusvis absolventes et absolutum fore censentes, illustrissimae et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus se de praemissis diligenter informet et, si narrata ut supra veritate niti repererit, vitaeque ac morum probitas et alia virtutum merita eidem suffragentur constantemque spem faciant eiusdem Christiani in catholica fide perseverantiae (super quibus illusstrissimae et reverendissimae Dominationis Vestrae conscientiam districte in Domino oneramus) cum eodem Christiano Rise super irregularitate, quam ex praemissis contraxisset, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica benigne dispenset omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, quae contra eum exinde exsurgeret, sic aboleat et abstergat, ut eadem nullo obstante, si ad id reperiatur idoneus nullumque aliud ipsi obsit canonicum impedimentum, clericali charactere sacrisque etiam presbyteratus ordinibus insigniri, et in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre nec non quaecumque beneficia ecclesiastica sine cura imo, si prudentiae illustrissimae et reverendissimae Dominationi Vestrae expedire in Domino videbitur, etiam curata, dummodo plura non sint, quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, sibique canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus in quorum fidem datum Varsaviae in palatio nostro apostolico die 22. Septembris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 200

Ioannes Antonius Davia ad Paulum Piotrowski

[Varsaviae 22 IX 1696]

Licentia conceditur, ut Paulus Piotrowski ab heresi absolvatur.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 16r.*

Die eadem [22 Septembris] licentia absolvendi ab haeresi concessa reverendo patri Paulo Piotrowski vicario conventus Leopoliensis Ordinis Praedicatorum, duratura tempore legationis.

N. 201

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Gratias agit cardinali pro nuntio propero Kalendis Septembribus misso. Docet responsum a se datum esse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 566r.*

Eminentissimo etc.,

Era non men composto di tutte le sue parti, che ricolmo delle solite grazie il benignissimo dispaccio dell'E.V. capitatomi ieri in data del primo cadente. Quanto ho di replica al medesimo, quanto ho potuto raccorre di piu per adempimento della mia sommessa obbedienza, tutto l'offro negli aggiunti fogli alla generosità di V.E. supplicandola conciliar loro il pregiatissimo compatimento di N.S. et a V.E. per fine profondissimamente m'inchino.

Di V.E.

[a–a]Umilissimo etc.
G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[a–a]

[a–a] *autographum*

N. 202

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Docet de controversia circa abbatias commendatarias Paradisiensem et Premetensem orta.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 567r-567v.*

Eminentissimo etc.,

Aspetto con ansietà d'intendere se la Santità di N S. gradisca d'aumentare in questa nazione il rispetto dovuto alla Sua Sagra persona col far qualche grazia nel particolare dell'abbazie alli due soggetti Kosanowski[1], e Sapieha[2], de' quali scrissi umilmente a V.E. li 28. del passato, e li 4. del cadente. Questo solo motivo mi trattiene di dar l'ultima mano a quest'affare bramando i senatori che preceda l'aggiustamento de' particolari a qualunque publico trattato, e lusingandom'io che saranno molto piu placide le loro istanze qualunque volta cessino le istigazioni de' particolari. Imploro perciò nuovamente gli ordini riveritissimi di V.E. [567v] alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 203

Adnotatio lituraria in Secretariatu Status scripta

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 568r.*

Una lett.a di Mons.r Nunzio dell' 24 settembe intorno alle abbazie chieste da Kosanowski, e Sapieha m.te all'abb. Passionei.

---

[1] Kozanowski.

[2] Paulus Sapieha (1657–1715), canonicus Varsaviensis et Vilnensis, abbas Paradisiensis inde ab anno 1694, epus Samogitiensis.

N. 204

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Docet de comitiis convocativis habitis deque controversiis ortis inter legatos et senatores et inter primatem Radziejowski et episcopum Cuiaviensem de consulatorum in curia legatorum habendorum praeside creando.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 570r-572v.*

Eminentissimo etc.,

Apprendeva con ragione il Sig. cardinal primate che irritato Monsig. vescovo di Cuiavia[1] dalle risposte portate in nome dell'E.S. da Monsig. di Plosco[2], potesse al fine dar orecchio alle reiterate istanze, che gli venivano fatte di presieder nella camera dell'ordine equestre a que' senatori e nunzii, che s'erano absentati dal senato. Tuttavia non volendo esso lasciare alcun mezo intentato purche servisse a ristabilire l'unione della Repubblica, mandò mercordi mattina il canonico Lonski di Gnesna a pregarmi d'impiegare con Monsig. vescovo di Cuiavia tutte le rimostranze [che] può farsi fino alla comminazione delle censure, ad effetto di rimetterlo dalla risoluzione, in cui lo supponeva di dichiararsi capo de' disuniti, e di formar un [570v] partito separato dal resto della Repubblica. Replicai al Lonski che trovandosi Monsig. di Cuiavia sollecitato da quasi tutti li deputati della Lituania, e della Polonia minore, da molti della Polonia maggiore, e la [sic!] numero considerabile di senatori, parevami contrario all'intenzione di riunire gli animi il rimedio delle censure le quali quand'anche fussero state stimate dalla pietà di Monsig. vescovo, non potevano, non cagionare un gravissimo tumulto fra secolari oltre modo inaspriti dalla facilità, con che i Sig.i vescovi di questo regno usano un si estremo rimedio. Per comprovar nondimeno all'E.Sua il mio zelo in tal difficilissima congiuntura m'offersi di portarmi subito a trovar il prelato [571r] e persuadergli per quanto mi fusse stato possibile l'unione, anzi la dipendenza del proprio primate, il che venendo accettato dal Lonski, fui subito appresso Monsig. di Cuiavia assistito appunto in quel tempo da sei altri senatori del numero di quelli, che havevano fatta la separazione. Parlai lungamente con tutti, et havendo scoperta in Monsig. vescovo una inclinazione particolare a riunirsi col Sig. cardinale e suoi aderenti impiegai oltre le mie

---

[1] Stanislaus Dąmbski.

[2] Ioannes Chrysostomus Załuski.

ragioni la di lui autorità co gli altri, e passai subito ad avvertire il Sig. cardinale dell'ottime apparenze di veder ristabilita la concordia degli ordini fors'anche prima che finisse quella sessione. Non riuscì però il disporre con tanta facilità le cose, che [571v] si riunisse avanti sera il senato, onde bisognò trasferirne l'atto fino al giovedi mattina dopo haver dibattute tutte le circostanze per il corso intiero del mercordi antecedente. L'essermi io impiegato con qualche successo in quest'importantissimo affare, e l'haver operato in modo da non dispiacer ad alcuno, ha fatto nascer la voglia in questi Sig.i d'ammettermi alla publica udienza, non ostante tutte le difficoltà, che da principio parevano in forte contro la medesima, ma essendom'io dolsuto [sic!] finora dell'udienza concessa al residente di Moscovia[3], mostro voler riserbarmi questo favore per la dieta dell'elezione, in cui spero sarò riconosciuto il primo tra' publici rappresentanti [572r] che interverranno a quel negoziato. Quando però persistano in simil desiderio procurarò di restituire la formalità del publico ingresso già da lungo tempo intermesso, allegando che col mostrar di venir nuovamente alla corte, cessa allora la difficoltà dell'udienza del Moscovita che si suppone accordata avanti si sapesse, che vi fusse il nunzio apostolico nel Regno. In effetto essendomi tenuto finora incognito posso a mio credere dar luogo a simil temperamento per receder con decoro dalle doglienze fatte, quando pure persista il senato in desiderare la mia comparsa nella convocazione presente. Imploro frattanto non meno all'operato finora, che alle conside[572v]razioni accennate in solito benignissimo compatimento di V.E., alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 205

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Docet de comitiis convocativis habitis deque controversiis circa „panem hibernum" e praediis regiis et ecclesiaticis comparatum in stipendia militibus in Lithuania solvenda vertendum. Notum facit ob eam rem praedia ecclesiastica damna maxima passa esse.

---

[3] A. Nikitin.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 573r-577v.

Eminentissimo etc.,

Il Sig. gran generale di Lituania[1], che fù a trovarmi alcuni giorni sono in forma intieramente incognita, volle replicarmi la sua visita con tutta la publicità necessaria a distinguere forse maggiormente la propria potenza in Lituania, che il mio carattere. Venne egli accompagnato da sei palatini, et officiali della Corona tutti suoi congiunti, o dipendenti, da piu di quaranta nunzii terrestri della nobiltà della provincia, e da circa quattrocento tra soldati, e servitori; onde mi viddi costretto a sospettare che una tanta unione di persone riguardasse qualche cosa di piu d'un semplice complimento. Non m'ingannaro i miei pensieri, perche dopo i primi convenevoli il palatino di Micislavia[2] havendo [573v] presa la parola mi dedusse con una longa, e ben ordinata orazione tutt'i torti, che pretendeva inferiti da Monsig. vescovo di Vilna[3], alla persona et autorità del Sig. gran generale non meno, che alla Repubblica con le censure fulminate anni sono dal prelato in occasion del quartiere accordato a soldati nelle terre della Chiesa. Conchiuse il suo discorso con dirmi d'esser venuti espressamente da me per farmi istanza accioche supplicassi N.S. ad amministrar la giustizia contro Monsig. vescovo, mentr'essi dal loro canto havevano fin sabbato mattina risoluto in una Conferenza di tutt'i Lituani di far una legge, che soggettasse i beni della Chiesa al quartiere de' soldati, e che togliesse [574r] a vescovi la facoltà di scommunicare le persone militari. Perche parve che in tutta l'orazione procurasse il palatino di Mcislavia ad incolpar Monsig. vescovo di Vilna quasi fusse stato l'autore dello scioglimento dell'ultime diete, dal che poi n'era derivato il ritardo de stipendii dovuti all'armata, e l'ultima ribellione, io replicai che quanto alle cose politiche non havevo nella mia breve dimora in Polonia aquistata tal conoscenza da poter subito distinguere i veri rapporti da' falsi. Quanto poi agli altri capi m'espressi che per quello riguardava le prerogative della Chiesa ben lontano dal credere la nazione Lituana capace d'alcun'attentato contra le medesime, le [574v] raccomandavo alla loro pietà, e protezione non dubitando che all'esempio de' loro antenati non havrebbero mancato di spargere il sangue stesso all'occorrenza per il mantenimento della libertà e delle persone della Chiesa. Che la persona del Sig. gran generale m'era strettissimamente raccomandata non solo dal proprio merito conciliatosi in tutto il corso di questa guerra, ma anche dalla tenerezza paterna, con che veniva riguardata la sua persona dall'animo benefico di N.S. il quale siccome era pronto ad amministrar la giustizia a chiunque si fusse, così ancora bramava sommamente di veder

---

[1] Casimirus Sapieha.

[2] Alexander Moszewicz, palatinus Mscislaviensis.

[3] Constantinus C. Brzostowski.

restituita l'E.za Sua alla tranquillità di prima. Poco sodisfatti i Lituani di tal risposta soggiunse [575r] il palatino di Minsco[4], che oltre il riferito da quello di Mcislavia mi significava esser essi in camino per andar al senato, et ivi far inserire fra le costituzioni della Repubblica la loro legge, avanti di che desideravano intender il mio parere. Anche da quest'istanza tentai di liberarmi con dire non prevedersi da me altro che nuovi torbidi qualunque volta i Lituani poco concordi con lo Stato Ecclesiastico preponessero qualche cosa prima di havere accordata la potesta Ecclesiastica con la secolare; E quivi preso motivo di rappresentare la necessità di far precedere la concordia a tutte l'altre risoluzioni, mi estesi a diffender le ragioni di Monsig. vescovo di Vilna, e mostrare [575v] nello stesso tempo gran facilità per la pace, purche venisse trattata da pochi deputati del Sig. gran generale senza lo strepito, e l'intervento di tanta gente. Allora ambidue i palatini col mostrarmi l'interesse di tutta la Repubblica e coll'alegarmi che i beni donati alla Chiesa dalla pietà del re non furono esenti da' publici pesi, procurarono di ribatter le mie proposizioni, onde dovendo per necessità spiegare piu chiaramente i miei sensi il palatino di Minsco interruppe finalmente la conferenza chiedendomi una dichiarazione precisa sopra la legge, che havevano gia progettata, e che mi supponevano voler proporre in senato. Costretto dunque da questa terza ri[576r]chiesta a render testimonianza alla verità, dissi che la lor legge era nulla, et invalida per molti capi, che la riguardavo come insussistente, e che sarei stato il primo ad oppormivi a qualsivoglia costo, dichiarandomi in quel medesimo momento che non accettavo tal legge. A così vigorosa dichiarazione non vi fù chi replicasse, non ostante si trovassero punti alla conferenza circa dugento Lituani, ma dopo un breve silenzio s'alzarono i palatini col generale dale loro sedie, e se n'andarono co' soliti complimenti d'urbanità, come se tutto si fusse trattato con sommo loro piacere. Io però non mancai di esagerare al Sig. gran generale mentre partiva [576v] la singolare benignità di N.S. e vivissimo desiderio, che haveva di veder terminato quest' affare piutosto per vie amichevoli, che per una decisione giuridica, la quale non poteva non essere svantaggiosa ad uno de' due partiti, e che ritrarsi che subito finite le presenti publiche occupazioni procurara meco un abboccamento con la sola compagnia di Monsig. di Plosco[5], e del Sig. gran tesoriere suo fratello. Usciti dalla mia casa i Lituani ordinai al mio cappellano di portarsi subito al senato per osservar i loro andamenti, e ragguagliarmi poi de' tentativi havessero fatto, dopo essermi dichiarato di volere sturbare le loro disposizioni; ma con stupore intesi la sera, che ne meno [577r] erano andati al senato toltone alcuni pochi Nunzii, i quali vi si erano portati per non perder oziosamente il tempo in Varsavia. Ciò m'ha dato luogo di credere che la visita di ieri fusse un

[4] Michael Siesicki, palatinus Minscensis.
[5] Ioannes Chrysostomus Załuski.

artifizio per intimorirmi col numero, e col rappresentarmi l'unanime consenso di tutta la nazione, supponendo essi forse che havrebbero potuto dir in senato non disapprovarsi da me la lor legge, quando con ambigue, et oscure risposte havessi voluto sfuggire di dar una dichiarazione precisa alle loro reiterate istanze. Per lo meno ho luogo di credere rotte le misure loro, mentre non segui alcun atto strepitoso da cosí grande apparato, et io hò havuto frat-[577v]tanto il tempo d'informar i vescovi del seguito, e pregarli a star forti contro i tentativi della Lituania, mentre mi lusingavo di poter al fine entrar in Trattato d'aggiustamento quando il gran generale di Lituania si conoscesse destituito dall'assistenza di tutta la Repubblica. Ho intanto creduto necessario questo racconto a V.E. accioche informata dello stato presente dell'affare possa col suo purgatissimo giudizio prescrivermi il modo di contenermi con persone, che tentano tutti i mezi per uscir dall'impegno avanti d'appigliarsi al cammino della commissione, che nel p.nte caso, è il piu breve, e il piu sicuro, et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 206

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Docet Mariam Casimiram reginam Varsavia Bielanas profectam esse et exercitum Samogitiensem confoederationi se adiunxisse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 578r.*

Martedi sera la Maestà della regina vedova si ritirò dal castello al Casino de' Billani[1] distante da Varsavia circa cinque miglia d'Italia dichiarandosi la Maestà Sua di non voler servir di pretesto a mal intenzionati per dissolver l'unione tanto necessaria a questo publico.

Perche nondimeno la dimora della regina in Varsavia non era il vero motivo della separazione accennata colle passate si stentò fino al giovedi mattina a ristabilir l'unione de' due partiti, che per tre giorni continui hanno fatto le loro sessioni separatamente.

---

[1] Bielany prope Varsaviam, ubi Maria Casimira sedem suam habuit.

Dopo il ristabilimento dell'adunanza si è trattato del modo di dar qualche sodisfazione all'esercito ammutinato, e si è proposto di dar il giuramento a tutt'i membri della Repubblica ad effetto di scuoprire l'autore della sedizione. Il tutto però finora senza conclusione veruna.

Le truppe intanto si sono aquartierate ne' beni della regina distruggendovi tutto con danno gravissimo non solo della Maestà Sua, ma de luoghi vicini, ove si estende la licenza militare.

Anche di Samogizia[2] viene scritto che le truppe di quel Ducato facciano qualche moto per unirsi contro la Repubblica, e chieder la sadisfazion delle paghe dovute loro da sei anni in qua.

N. 207

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 IX 1696

Docet de comitiis convocativis habitis, de controversia circa Mariam Casimiram reginam Varsaviae tempore comitia habendi commorantem, de sententiarum in comitiis dicendarum libertate, de confoederatione generali facienda deque electione futura candidatisque.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 579r-580v.*

Foglietto.

Poiche pareva che i membri della convocazione i quali s'erano seperati dal senato allegassero per pretesto la risoluzione presa dalla regina vedova di non uscir dal castello non ostante le rimostranze della Repubblica s'absentò la Maestà Sua da Varsavia dichiarandosi d'esser pronta a sagrificar tutto alla publica quiete. I Sig.i Lubomirski però ch'erano gli autori della scissura tentarono ciò non ostante col pretesto che il Sig. cardinal primate opprimesse nel senato la libertà del parlare, e s'arrogasse maggiori facoltà di quelle gli compettono, mentre minacciava di convocar la nobiltà a cavallo senz'aspettarne il publico consenso. Volevano perciò proporre che prima d'unirsi si esigesse dal Sig. cardinale la promessa di non convocare la nobiltà di non proporre l'elezione del nuovo re prima del prossimo maggio e finalmente di chieder scusa al Sig. maresciallo della dieta[1] per haverlo interrotto allorche parlava. Furono simili punti dibattuti tutto il martedi, et il mercordi sussequente ma

---

[2] Samogitia.

[1] Stephanus Humiecki, comitiorum convocativorum marescalcus.

superati finalmente gli ostacoli da' ben [579v] intenzionati col rimostrare che una tal divisione esponeva il Regno all'ultima rovina fù conchiuso di restituirsi il giovedi sussequente alla camera del senato. Qui vi si trovarono tutti senz'altra dichiarazione che di poche parole di complimento dettesi vicendevolmente da due marescialli della Corona[2], e della dieta, e dal Sig. cardinale, che replicò loro nella guisa istessa havevano fatte le loro proposte; dopo di che si cominciò a trattare del modo di sodisfare l'armata, e perche nulla fù conchiuso dovettero rimettere la discussione al sabbato dopo le conferenze particolari delle provincie. Anche nel sabbato non si terminò l'affare passare stati discordi i pareri delle provincie circa il modo di trovar il denaro per i soldati, et intanto il palatino di Trocchi[3] propose a nome della Lituania che si levasse a' vescovi la facoltà di scommunicare i generali, et altri ministri publici del regno. Ricevette si poco applauso il palatino sudetto che in fine spiegossi non pretender i Lituani di sottrarsi dalla sommissione [580r] dovuta alla Chiesa, ma desiderar solamente che la pena delle censure non s'ingionga a gli accenati ministri, che immediatamente dalla Santità di N.S., nel che pur anche non incontrò molta approvazione. Maggiori provò i rimproveri lo Szczuka segretario del Regno[4], che propose di sodisfar l'armata co' denari assegnati per il quartiere d'Inverno dando poi il quartier medesimo a' soldati nelle viscere del regno, ponendo nel medesimo tempo l'armi in mano a gli autori dell'ammutinamento, che si suppongono i Lubomirski. Si trattò pur anche nel medesimo tempo della convocazione della nobiltà a cavallo pretendendo molti che il Sig. cardinal primate non habbia la facoltà di farlo, e protestando gli altri di voler comparire avanti l'inverno quand'anche non ritrovassero una disposizione universale di tutte le provincie del Regno. Passato il sabbato con tante altercazioni non fù piu felice il lunedì, in cui lasciate l'altre materie a parte si propose di far giurare tutt'i deputati della convocazione che non riceverebbero denari per l'elezione del nuovo re, e che havrebbero rivelato l'autore della [580v] sedizion delle truppe se mai arrivassero a scuoprirlo. Tutta la sessione fù spesa in provare rigettare la forza di simil giuramento, et oggi ancora essendosi proposta la materia del giuramento medesimo l'altra della confederazione della nobiltà, e finalmente delle contribuzioni per l'armata si è poi consumata la sessione in dibattere quale delle tre materie dovesse esser trattata la prima, onde apparisce che null'altro si pretende, che di guadagnar tempo ad effetto di toglier a chi desidera l'elezione prima dell'Inverno la possibilità di farla. Quando succedesse adesso il Sig. elettore di Baviera[5] vi havrebbe gran parte essendovi vivamen-

---

[2] Stanislaus Lubomirski et Stephanus Humiecki marescalci magni Regni.

[3] Alexander Unichowski palatinus Trocensis.

[4] Szczuka.

[5] Maximilianus II Emmanuel.

te portato da' deputati della Polonia maggiore, ma differendosi a maggio è facile dipenda l'elezione da chi potra disporre dell'esercito ammutinato, e perche le milizie dipenderanno da chi le darà denaro si vede che i due tesorieri della Corona[6], e della Lituania sono per esser gli arbitri dell'elezione del nuovo rè.

N. 208

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Rzewuski

[Varsaviae 26 IX 1696]

Ioannes Rzewuski canonicus cathedrae Camenecensis fit.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 16r.*

Die 26. [Septembris] provisio ad canonicatum ecclesiae cathedralis Camenecensis vacantem per ascensum illustris et admodum reverendi domini Michaelis Młodecki ad decanatum eiusdem cathedralis data fuit illustri et admodum reverendo Ioannis Rzewuski canonico cathedrali Chełmensi, et commissa perillustri ac reverendissimo domino Ioanni Dłużewski praeposito et officiali generali Chełmensi, archidiacono et sede vacante episcopatus Camenecensis administratori.

N. 209

Ioannes Antonius Davia ad Martinum Jarzyna

[Varsaviae 27 IX 1696]

Scribit de Martino Jarzyna post mortem reverendi Przedwojewski canonico Camenecensi creando.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 16r.*

Die 27. [Septembris] similis, mutatis mutandis, ad canonicatum Camenecensem vacantem per obitum illustris et admodum reverendi Przedwoiewski in mense sanctae Sedis Apostolicae reservato defuncti, data fuit admodum reverendo Martino Jarzyna presbytero.

---

[6] Hieronymus Lubomirski aerarii praefectus magnus Regni et Benedictus Sapieha aerarii praefectus magnus Lithuanus.

N. 210

Ioannes Antonius Davia ad Andream Różański

[Varsaviae 28 IX 1696]

Dispensatio ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Tarnogrodensis Andreae Różański concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 16v*

Die 28. [Septembris] dispensatio extra tempora ad diaconatum et presbyteratum concessa reverendo Andreae Rozanski, ob necessitatem ecclesiae Tarnogrodensis[1].

N. 211

Ioannes Antonius Davia ad Laurentium Bem

[Varsaviae 28 IX 1696]

Dispensatio ad omnes sacros ordines ob necessitatem ecclesiae Laurentio Bem concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 16v.*

Dicta die [28 Septembris] similis, ad omnes sacros ordines concessa reverendo Laurentio Bem, ob necessitatem ecclesiae.

N. 212

Card. Fabricius Spada ad Ioannem Antonium Davia

[Romae] 29 IX 1696

Cardinalis notum facit, quid putet de iis, quae Jabłonowski ante electionem egisset. Docet de spe, quam de electione adventante Sedes Apostolica alit.

---

[1] Tarnogród.

Reg.: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 47r-47v.

A 29. settembre 1696.

Al medesimo nunzio in Polonia.

Al gran generale del regno Jablonoski[1] da cui è stata V.S.I. ricercata delle inclinazioni di N. Sig., e degli ordini, ch'ella tenesse di raccomandar' alcuno più specialmente degli altri, si è da lei saviamente risposto, e secondo le insinuazioni appunto, che con più mie lettere per comandamento di S. Beatudine le hò io [47v] scritte in tal proposito; mostrandogli apertamente l'indifferenza della S.S., e il desiderio insieme, ch'ella porta di veder eletto per nuovo re à cotesta Corona un principe cattolico, degno e di virtù, e di prudenza uguale, onde possa valere al buon servizio di Dio, della nostra Santa Religione, e del maggior vantaggio della Republica, e del Regno. In questo solo dovranno sempre restringersi le risposte di lei in un affare di tanto peso, e di si grand'interesse anche a tutto il Christianissimo.

N. 213

Innocentius XII pontifex maximus ad nuntium Ioannem Antonium Davia

Romae 1695

Epistula Innocentii XII papae de beneficiis ad Michaelem Szembek missa.

Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 18r-18v.

Litterarum Apostolicarum tenor est infrascriptus.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nostro et Sedis Apostolicae nuntio in Regno Poloniae commoranti salutem et apostolicam benedictionem. Vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Michael Szembek presbyter Cracoviensis seu alterius civitatis vel dioecesis in Polonia, apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut eum apostolici favoris suffragio prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Michaelis petitio continebat, quod alias dictus Michael de uno et una Cracoviensi, ac altero et altera canonicatibus et praebendis Varmiensium ecclesiarum nec non parochiali ecclesia praefectura nuncupata in Xiąż[1] Cracoviensis dioecesis, certo tunc expresso modo vacantibus, et antea dispositioni apostolicae minime reservatis,

---

[1] Stanislaus Jabłonowski.

[1] Xianzum (Książ).

neque affectis ordinaria auctoritate, alias tamen canonice sibi provideri obtinuit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat dictos canonicatus et praebendas ac parochialem ecclesiam praedictam insimul absque dispensatione apostolica retinere non possit et propterea secum opportune dispensari summopere desideret, quare pro parte dicti Michaelis nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eidem Michaeli apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter comendato, horum intuitu specialem gratiam facere volentes, ipsumque Michaelem a quibusvis excommunicationis aliisque censuris ecclesiasticis, quibus quomodolibet innodatus exsistit, ad effectum potentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, necnon omnes et singulos fructus ex canonicatibus et praebendis ac parochiali ecclesia huiusmodi per eum hactenus perceptos ei gratiose remittentes et con[18v]donantes, huiusmodi supplicationibus inclinati Discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus cum eodem Michaele, dummodo ipse ad id reperiatur idoneus et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, ut dictos canonicatus et praebendas, quibus cura non imminet animarum, ad vitam in titulum, ac parochialem ecclesiam praefatam in administrationem ad quinquennium tantum retinere libere et licite valeat, attenta dictorum canonicatum et praebendarum ac dictae parochialis ecclesiae fructuum tenuitate, auctoritate nostra dispenses.

Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicus contrariis quibuscumque, volumus autem, quod interim ecclesiae huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in dicta parochiali ecclesia nullatenus negligatur, sed dictus Michael quamdiu canonicatus et praebendas ac parochialem ecclesiam huiusmodi insimul obtinuerit, apud dictam parochialem ecclesiam residere, eiusque ac etiam finito dicto quinquennio dictorum canonicatum et praebendarum congrue supportare teneatur onera consueta. Pro illis vero diebus et horis, quibus dictus Michael duabus primodictis ecclesiis etiam finito dicto quinquennio non inserviverit, emolumenta ratione personalis residentiae lucri fieri solita amittat et quoad retentionem dictae parochialis ecclesiae non ultra quinquennium. Praeterea etiam volumus, quod statim finito dicto quinquennio dictus Michael dictam parochialem ecclesiam in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis libere cum specifica mentione praesentis voluntatis, nec alias dimittere omnino teneatur, alioquin tam illa quam canonicatus et praebendae praedictae vacent eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam tantum disponi possit, ac irritum decernentes et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicae 1695. Idibus Octobris pontificatus nostri anno quinto.

Locus + Plumbi

praefata copia collationata est cum suo vero originali et in omnibus de verbo ad verbum concordata. In cuius rei fidem me subscripsi Cracoviae die 29. Septembris 1696.

Magnificus Adam Styrkowski i[uris] u[triusque] d[octor] et professor Collegii Cracoviensis.
notarius actuarius.

N. 214

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 2 X 1696

Docet de litteris et nuntiis properis dandis reddendisque, in quorum numero erant nuntii properi Roma die 8 mensis Septembris missi. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 586r.*

Eminentissimo etc.,

Vorrei possedere capacità sufficienti a ricolmar la replica espressa negli aggionti fogli di tutti quegli argomenti di soma riconoscenza, e di non minor ossequio, che vengon esatti dal benignissimo dispaccio di V.E. in data degli 8. spirato; Fra l'angustie però della mia insufficienza imploro la generosità singolare di V.E. Col favor della quale mi sia lecito aspirare all'onore del riveritissimo compatimento di N.S., et a V.E. Per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.
G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 215

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 2 X 1696

Docet de comitiis convocativis habitis atque a legato Zernichoviensi Horodyński ruptis.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 587r-588v.

Eminentissimo etc.,

Pareva quietato il Sig. palatino di Vilna[1] nella sua causa, e già mi lusignava ch'essendo cessata per la partenza del nunzio di Czernikovia[2] l'attività della dieta, ò non si sarebbe portato l'affare di Vilna all'adunanza, ò non vi si sarebbe esaminato, quando alcuno ne havesse tentata la proposizione. Tutto nondimeno è stato alterato dalle lettere di Monsig. vescovo di Chelma[3] contro il Jablonoski gran generale del regno[4], e dal giudizio intentato, e proseguito dal medesimo prelato a carico del canonico Laski, già vicemaresciallo del tribunale del Regno, perche trovando il Sig. palatino sudetto questa nuova apertura non mancò di prevalersene venerdì passato, con far inserire nella convocazione un'articolo, in vigore di cui rimetten[587v]dosi la causa contro i vescovi alla prossima dieta dell'elezione, ingiunge al Sig. cardinal primate di scriver a N.S., accioche punisca li tre vescovi da loro supposti oltraggianti, e da me nominati in altro mio umilissimo foglio. Quando dunque capitino costà le lettere di Sua Eminenza ben sò che l'infallibil providenza di N.S. ordinarà quelle risposte, che giudicarà piu proprie ad una tal congiuntura. Tuttavia supponendo mio debito recar a notizia di V.E. tutto ciò mi cade nella mente sù tal proposito, mi fò lecito suggerirle, che una replica autorevole, che mostri doversi giudicar simili cause ne' tribunali ecclesiastici farà maggior impressione di qualunque dolcezza volesse usarsi nel dar ad in[588r]tendere il dispiacimento di simili attentati della Repubblica. Confermo questo mio sentimento nel veder il dubbio del medesimo Sig. palatino di Vilna[5], il quale mentre promuove senza trovar molti ostacoli le sue convenienze, e l'oppressione de' vescovi nella Repubblica, manda suoi domestici per rendermi persuaso, che desiderando egli sommamente l'accordo, fà molto meno di quello portano le istruzioni della Lituania. Hò replicato a quelli che me ne hanno parlato, non potersi da me penetrare le intenzioni altrui, delle quali non m'è lecito fare altro concetto, che quello mi viene somministrato dalle operazioni esteriori, e che essendo quelle del Sig. palatino assai contrarie alle sue dichiarazioni, non potevo che rap[portare][588v] l'une e l'altre alla Santità di N.S. il quale ero incerto havrebbe fatto tutto per motivo di mera affezion paterna, e niente per apprensione, o per timore. Altronde intendo ch'egli sia per partir di Varsavia giovedi prossimo senza lasciarvi alcun plenipotenziario, che tratti il suo affare di modo che vedo esser difficile l'indurlo a sentimenti

---

[1] Casimirus Sapieha, palatinus Vilnensis.

[2] Horodyński, legatus Zernichoviensis ad comitia convocativa factus.

[3] Stanislaus Święcicki.

[4] Stanislaus Jabłonowski, hetmanus magnus Regni.

[5] Casimirus Sapieha, palatinus Vilnensis.

piu miti verso la Chiesa, se le rivoluzioni tenute dell'armata di Lituania, e le molti [sic!] divisioni di questo regno non gli dan[n]o qualche motivo di rientrar in se stesso. Io intanto mi lusin[go] d'haver adempite le proprie parti qualunque volta hò reso di tutto all'E.V. un umilissimo conto, et alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a–a]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[a–a]

[a–a] *autographum*

N. 216

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 2 X 1696

Docet in comitiis convocativis de abbatiis commendatariis disputatum esse, tractat de controversiis in iudiciis compositis deque bello civili in Lithuania gesto.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 589r-593v.*

Eminentissimo etc.,

Mentre assisstito da' prelati presenti alla convocazione m'andavo affaticando per acquietare le procelle suscitate contro la Chiesa dalle pendenze del preteso giuspatronato, e della scommunica di Monsig. vescovo di Vilna[1], il vescovo di Chelma[2] prima di portarsi alla nuova dioecesi di Culma ha voluto dar saggi tali della sua autorità, che cha ridott'in grandissime angustie i Sig.i vescovi, e l'ordine stesso episcopale, assieme con tutte le prerogative, e con gli onori concessi al medesimo dalla pietà de' fedeli non meno, che dall'elevazione di tanto grado. Pochi giorni prima della convocazione haveva Monsig. vescovo di Chelma scommunicato il canonico Laski [589v] dichiarato nunzio all'assemblea, non con altra ragione che d'essersi trovato vice maresciallo del tribunale del Regno nel giugno passato, allorche Monsig. vescovo fù condannato in una causa, istituita da lui contro un nobile della sua diocesi, che accusava in quel consesso come usupatore una fondazione

[1] Constantinus C. Brzostowski.

[2] Stanislaus Święcicki.

ecclesiastica. E perche la causa era stata istituita da Monsig. vescovo stesso, e perche il tribunale del Regno misto d'ecclesiastici, e secolari, è munito, per quanto dicono, di privilegio apostolico per giudicar simili cause, e perche la sentenza era concepita con le clausole solite osservarsi da quel foro, è[!] perche finalmente il canonico Laski non vi [590r] haveva havuta altra parte, che di farla notare dopo fù proferita da' giudici, hò creduto potere legitimamente cassare la scommunica predetta come insussistente, sperando ancora, d'acquietare con questo la parte, che minacciava portar le sue querele alla dieta come d'un fatto spettante all' autorità di tutto il Regno. In effetto pareva contento il Sig. canonico Laski, quando i procuratori di Monsig. vescovo appellando dal mio giudicato a cotesta corte, gli han dato motivo di temere, che siasi per trattar costì la Causa col gravissimo suo dispendio, e forse irreparabile, perche essendo decrepito Monsig. vescovo di Chelma, e [590v] non havendo beni proprii, non saprebbe il canonico ove prender il rifacimento delle spese, quando vincesse la causa. Una tal apprensione l'ha fatto risolver di dolersi publicamente venerdì passato della condotta di Monsig. di Chelma[3] in tempo appunto, che si udiva il gran generale del Regno[4] esagerare che il medesimo prelato havesse ultimamente scritto al Sig. gran maresciallo, inviando a diversi copia della lettera in cui lo tacciava come autore, o causa della ribellione dell'armata. Si riaccese allora il Sig. palatino di Vilna gran generale di Lituania[5], che fino a quel giorno non haveva promossa la propria causa [591r] e reiterò le sue querele contro i due vescovi di Vilna[6], e di Samogizia[7], onde gridandosi sussequentemente da tutti gli ordini con poco onore de' tre vescovi predetti, fù proposto di giudicarli; e perche generosamente vi si oppose il Sig. cardinale, conchiusero di pregare l'E.S. a scriverne a N.S., che volesse punir i vescovi, senza pregiudizio nondimeno delle loro pretensioni di giudicarli che rimettevano alla prossima dieta dell'elezione. Avvertito io di questo successo mi portai subito a trovare diversi vescovi, i quali da principio non havevano appreso il sorto, che sarebbe derivato all'autorità episcopale, se havessero permesso di vederla sottomessa [591v] al giudizio de' secolari in congiuntura, ch'essendo i medesimi divisi frà loro, non potevano non essere perniciose tutte le risoluzioni, che fussero per prendere in causa di tanto momento. Approvarono essi le mie rimostranze, et havendo conferito assieme risolvettero di portarsi ieri a trovar il Sig. cardinale, d'onde se n'andarono alla casa del palatino di Vilna,

---

[3] Stanislaus Święcicki.
[4] Stanislaus Jabłonowski.
[5] Casimirus Sapieha.
[6] Constantinus C. Brzostowski.
[7] Ioannes Kryszpin-Kirszensztejn, epus Samogitiensis.

[1] Brzeźnica in dioecesi Gnesnensi.

[1] Cf. N. 253.

N. 256

Ioannes Antonius Davia ad Simonem Mindowicz

Varsaviae 18 X 1696

Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos aucta subdiacono Simoni Mindowicz concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20r-20v.*

Dispensatio extra tempora in ampla forma.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo reverendo Simoni Mindowicz subdiacono dioecesis Posnaniensis salutem in Domino sempiternam. Exponi nobis fecisti, qualiter cupias sacris diaconatus et presbyteratus [...] quantocius insigniri, unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicavisti et eosdem extra tempora a iure statuta et institiis a sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, faculatatem petitam in Domino tibi concedimus et impartimur, committentes propterea cuicumque catholico antistiti gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti in nostra legatione commoranti, in propria dioecesi residenti vel in aliena de ordinarii loci licentia pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut Dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio a praedicto antistite definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta et interstitiis praedictis minime servatis, etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum dimissorialibus ordinarii tui ad sufficientem patrimonii seu beneficii titulum, quatenus ad id idoneus alias reperiaris et dummodo alicuius ecclesiae existentis in nostra nunciatura, cuius servitio sis destinatus, necessitas te ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines exigat promoveri, vel sis competenter beneficiatus et adeo ratione beneficii per te obtenti ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines suscipiendos arctatus existas, ut si tempo[20v]ra a iure statuta expectarentur, beneficium ipsum propter non promotionem tui vacaret, et quatenus episcopi, vel eius vicarii generalis, in cuius dioecesi exsistit ecclesia, ad cuius necessitatem ordinaveris vel beneficium, propter quod arctaris, testimonium super huiusmodi necessitate vel arctatione accedat, nullumque aliud canonicum tibi obsit impedimentum, ac servata forma canonum et sacri Concilii Tridentini nec non constitutione sanctissimi domini nostri Domini Innocentii Papae XII moderni anno 1694 pridie Nonas Novembris edita, libere et licite te ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas,

auctoritate, qua vigore legationis fungimur, apostolica licentiam et facultatem concedimus atque impartimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalibus conciliis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod, si et in quantum ad titulum necessitatis ecclesiae ordineris, praesentes tibi litterae non suffragentur, nisi caveatur, quod in actuali ecclesiae pro cuius necessitate ordinaberis servitio, salutem per annum integrum mansurus sis. In quorum fidem, datum Varsaviae die 18. Octobris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius Apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 257

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Posnaniensem

Varsaviae 18 X 1696

Potestatem dat episcopo, ut dispenset Martinum Schmedt et Annam Sumenich super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum, cum copula praecessisset.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20v-21r.*

Commissio ad dispensandum super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad contrahendum matrimonium, ubi copula praecessit.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Posnaniensi seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali salutem. Expositum nobis fuit pro parte Martini Schmedt laici, qualiter licet ipse cum Anna Sumenich, muliere dioecesis Posnaniensis, in tertio consanguinitatis gradu exsistat, vesana tamen libidine victus praedictam Annam carnaliter cognovit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Anna, quae impraegnata iam est, diffamata et forsan etiam innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri, cupiunt proinde instanter matrimonialiter copulari, sed stantibus impedimentis huiusmodi desiderium suum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione.

Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in praemissis de

absolutionis beneficio et opportunae dispensationis gratia providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui salutem quaerimus singulorum et scandalis quibuslibet, ne erigantur, quantum cum Domino possumus, libenter obviamus, eosdem Martinum et Annam, imprimis a quibusvis excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si [21r] quibus quomodolibet ad praesens innodati exsistunt, ad effectum potentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, sed certam de praemissis notitiam non habentes illustrissimae et reverendae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus se de praemissis diligenter informet, et si per informationem easdem preces veritate niti reperiat, super quo conscientiam illustrissimae et reverendissimae seu respective perillustris et reverendissimae Dominationis Vestrae oneramus, conscito sibi prius de paupertate supplicantium, propter quam nec Romam recurrere, nec expensas necessarias facere possint, et dummodo mulier rapta non fuerit, aut si rapta fuerit, in potestate raptoris non exsistat, tunc eosdem Martinum et Annam ab incestus reatu et excessibus huiusmodi, imposita eis prius propter incestum huiusmodi arbitrio suo, paenitentia debita ac recepto ab eis iuramento, quod sub spe facilius obtinendae dispensationis incestum hunc non commiserint, conscito etiam, quod sint catholicae fidei cultores, hac vice dumtaxat in forma Ecclesiae consueta in utroque foro absolvat, et quatenus contra ipsos causa super praemissis in iudicium quoquomodo inducta fuerit, pariter iudicato, ac cum eisdem Martino et Anna, quod praedicto tertii consanguinitatis gradu ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiae solemnizare et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, auctoritate apostolica, qua fungimur vigore facultatum a Sancta Congregatione Sancti Officii nobis ad nostrae legationis tempus indultarum, quarum tenor est, qui sequitur videlicet: Nota [terti]a dispensandi in [terti]o et [quart]o simplici et mixto tantum cum pauperibus in contrahendis gratis omnino dispenset. In quorum fidem, datum Varsaviae in palatio nostro apostolico die 18. mensis Octobris anno Domini 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 258

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Samogitiensem

[Varsaviae] 19 X 1696

Potestatem dat episcopo, ut ab excommunicatione absolvat Casimirum Orwid, qui sacerdotem Casimirum Maciukiewicz ex dioecesi Samogitiensi pulsavit.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21r.*

Die 19. [Octobris] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Samogitiensi seu ipsius perillustri et admodum reverendo domino vicario in spiritualibus et officiali generali ad absolvendum generosum Casimirum Orwid ab excommunicatione canonis *si quis suadentes*, in quam incidit ob iniectionem manuum in reverendum Casimirum Maciukiewicz parochum Sziileknensem[1] dioecesis Samogitiae.

N. 259

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Ewertowski

Varsaviae 21 X 1696

Potestatem dat Ioanni Ewertowski archipresbytero (decano Culmensi in Pomerania), ut absolvat ab haeresi (qua quis e.g. ob libros prohibitos lectos notatus est).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21r-21v.*

Facultas absolvendi ab haeresi casibusque reservatis lege libros prohibitos et benedicendi paraptomata [!] ecclesiastica. [f. 21v]

Ioannes Antonius. Dilecto nobis in Christo illustri et admodum reverendo domino Ioanni Ewertowski iuris utriusque doctori protonotario apostolico, archipresbytero, decano et praeposito Neoforensi, Samsensi parocho[1] dioecesis Culmenensis seu Pomesaniae salutem. Petitio tua nobis humiliter porrecta continebat, qualiter ad animarum salutem procurandam haereticos et

---

[1] Szillen in dioecesi Samogitiensi.

[1] Samsieczno in dioecesi Culmensi.

schismaticos absolvendi et recipiendi licentiam tibi concedere dignaremur. Nos igitur, quibus impri[21v]mis cordi est, ut omnis haeretica pravitas e mentibus hominum tollatur ovesque aberrantes ad caulam Dominici gregis sedulo adducantur, quibus summopere cupimus, ut sancta catholica et orthodoxa fides ubique floreat et augeatur, auctoritate apostolica, qua hac in parte fungimur, tenore praesentium Tibi illustri et admodum reverendo domino Ioanni praedicto, de cuius pietate, doctrina, morum integritate et catholicae religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut omnes et singulos utriusque sexus, qui nunquam in adulta aetate fidem catholicam fuerunt professi nec fuerint, ex locis, in quibus Sanctum Officium exercetur, haereticos, schismaticos ad te sponte venientes, a suprascriptis excessibus, ut ab excommunicatione aliisque ecclesiasticis censuris, quas propter haereses et schisma quomodolibet incurrerint, absolvi humiliter petentes, dummodo corde sincero et fide non ficta, heresim et schisma in sacramentali confessione verbo detestati fuerint, anathematizaverint, abiuraverint atque praeposito per ipsos iuramento, quod talia deinceps non committent nec committentibus aut ipsis adhaerentibus auxilium, favorem vel consilium praestabunt, iniuncta eis et eorum cuilibet pro modo culpae poenitentia salutari et aliis iniungendis, in foro conscientiae tantum (citra tamen ullam habilitationem vel dispensationem) a suprascriptis excessibus, et censuris absolvere et in gremium Sanctae Matris Ecclesiae libere et licite recipere et reconciliare possis et valeas, dummodo ad confessiones audiendas ab ordinario loci fueris approbatus, nec non absolvendi a casibus Sedi Apostolicae reservatis licentiam et facultatem concedimus; itidemque facultatem legendi libros prohibitos haereticorum ad effectum eos impugnandi, et alios quomodolibet prohibitos praeter opera Caroli Molinaei[2], Nicolai Machiavelli[3] ac libros de astrologia iudiciaria principaliter vel incidenter, vel alias quovis modo de ea tractantes, ita tamen, ut libri praedicti ex huius regni provinciis non efferantur; nec non benedicendi paramenta ecclesiastica aliaque utensilia ad sacrificium missae necessaria, in quibus non intervenerit sacra unctio, pro usu et necessitate ecclesiarum tuarum, etiam decanatui tuo subiectarum concedimus et impartimur, praesentibus quoad omnes supradictas facultates ad tempus nunciaturae nostrae tantum valituris. In quorum fidem datum Varsaviae ex palatio nostro apostolico die 21. Octobris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius
(Locus + sigilli)

---

[2] Charles Du Moulin (Carolus Molinaeus) (1500–1566).
[3] Niccolo Machiavelli (1469–1527).

N. 260

Ioannes Antonius Davia ad Hieronymum et Theresiam Załuski

[Varsaviae] 21 X 1696

Hieronymo et Theresiae Załuski coniugibus conceditur, ut altare portabile habeant.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21v.*

Die 21. Octobris oratorium privatum concessum illustrissimis et magnificis dominis Hieronymo Załuski castellano Ravensi capitaneo Brestensi Cuiaviae et Theresiae coniugibus, valiturum durante vita suprapositi illustrissimi domini castellani.

N. 261

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Plocensem

[Varsaviae] 21 X 1696

Potestatem dat episcopo, ut dispenset cum clerico Francisco S. Masieciński (qui hominem in horto poma carpentem pulsaverat, ille autem in terram cecidit et mortuus est).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22r.*

Eadem die [21 Octobris] commissio directa illustrissimo reverendissimo domino episcopo Plocensi seu ipsius perillustri et admodum reverendo domino vicario in spiritualibus et officiali generali ad dispensandum cum Francisco Simone Masiecinski clerico dioecesis Cracoviensis, super irregularitate, si quam incurrit ob percursionem semel fuisse factam hominis in horto villae Strachowka dioecesis Plocensis, poma decerpentis, qui postea cadens ex saepimento, quod transcendere volebat, intentus est mortuus.

N. 262

Ioannes Antonius Davia
ad Ioannem Małachowski episcopum Cracoviensem

[Varsaviae] 21 X 1696

Potestatem dat episcopo, ut dispenset Ioannem Urbanek et Agnetem Ziajmiakówna super tertii et quarti consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum, quia ille eam „carnaliter cognovit" gravidamque fecit.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22r.*

Dicta die [21 Octobris] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi, seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibusque et officiali generali ad dispensandum cum Ioanne Urbanek laico et Agnete Ziaimiakowna muliere dioecesis Cracoviensis, super impedimento ad contrahendum matrimonium tertii et quarti respective gradus consanguinitatis, concessa fuit ex causa, quod dictus Ioannes praedictam Agnetem carnaliter cognovit, unde forte gravida remansit.

N. 263

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 23 X 1696

Docet de pace ab exercitu rebelli Lithuano et Sapiehis cum Constantino C. Brzostowski epo Vilnensi facta deque Maria Casimira in ea re mediatrice. Qua pacificatione tamen non esse factum, ut Ecclesia in magno Ducatu Lithuano ab iniuriis tuta fieret.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 86r-88r.*

Di Varsavia da Monsignor nunzio 23 Ottobre 1696.
Deciframento a 25 Novembre.

Poco hà giovato il prevenire i disegni della regina con il trattato di un aggiustamento per le differenze vertenti trà Monsig. vescovo di Vilna[1], et il

[1] Constantinus C. Brzostowski.

gran generale di Lituania[2] perche non ostante il medesimo, hà essa condotta à fine la rivoluzione dell'armata di Lituania, inserendo frà le altre ragioni dell'ammutinamento, che nel trattato sudetto non siasi bastantemente premunita la Chiesa contro gli attentati della potesta secolare. Se procedesse il motivo da un vero zelo di pietà cristiana, e non da una politica infernale, havrei consigliato questo canonico cancelliere di Vilna[3] ad unirsi con l'esercito collegato, e rigettare qualsivolgia proposizione d'accordo: Mà perche è manifesto pur troppo non essere la libertà della Chiesa [86v] altro che un mero pretesto, ed haver la nobiltà stessa ammutinata grande interesse, tenere il clero aggravato per alleviar se medesima hò rimostrato al cancelliere predetto il poco fondamento si può fare in simili movimenti della Lituania. Ho però nondimeno creduto doverlo persuadere à non trascurare la congiuntura di vantaggiare i proprii interessi, e quelli della Chiesa, con assumere dalla mediazione di questo nuovo emergente, giache fra capi della rivoluzione si trova il palatino di Vitepsco[4], suo grande amico, fratello di Monsig. Crispino[5] vescovo di Samogizia, e sommamente offeso nell'havere, e nell'onore dalla casa Sapìa. Et hà egli riconosciuti i vantaggi, che potranno derivare alla Chiesa se persiste la nobiltà in chiederne una piena immunità nell'istesso tempo; che io procurerò d'indurre i Signori Sapia a conceder [87r] tutto cio, che sia decoroso alla Chiesa, con rappresentar loro il grande utile che ritrarranno dallo staccare, con giuste sodisfazioni la casa de' Crispini da gli altri ammutinati. Si è perciò risoluto il cancelliere di Vilna[6] di passar con mie lettere in Samogizia appresso Monsig. vescovo, che vien pregato da me, accioche contribuisca tutto il suo zelo, à procurar la publica tranquillità del gran Ducato di Lituania nelle presenti difficilissime congiunture dell'interregno.

Vorebbe il Sig. cardinale Radzieiouschi[7] che si opprimesse affatto la casa Sapìa e perciò desidererebbe, che lasciato da parte il progetto inviato costà due settimane sono si proseguisse nel particolare della scomunica aggravando, e riaggravando il gran generale di Lituania fino alla intiera reintegrazione della Chiesa di Vilna: Il che non [87v] sarà più nelle sue mani stante la disobedienza dell'armata. Io però, che da vicino riconosco la scarsezza del zelo di chi ammanta le proprie passioni con la speciosità di servire la Chiesa, e che vedo la medesima esposta ad inconvenienti maggiori, non solamente allor che si unirà la nobiltà col suo generale; ma ancora quando, duranti le presenti turbolenze, s'introducessero ò per i Sapìa, o per i nobili della provincia,

---

[2] Casimirus Sapieha.
[3] Constantinus Szaniawski.
[4] Andreas Kryszpin, palatinus Vitebscensis.
[5] Ioannes Hieronymus Kryszpin, epus Samogitiensis.
[6] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.
[7] Cardinalis M. Radziejowski.

gli Svedesi, i Brandemburghesi e li Cosacchi nella Lituania; mi appiglio a considerazioni più caute e procuro insinuarle all'accennato cancelliero di Vilna, accioche possa indurre Monsig. vescovo di Samogizia à ritirare il fratello dal precipizio in cui è stato gettato dall'odio, e guadagnandosi con ciò la benevolenza delli Sapìa, gli sia poi facile ottenere, che si sottomettano intieramente alle decisioni di Nostro Sig., qualunque volta [88r] la Santità Sua giudicasse espediente asserire con bolla l'immunità della Chiesa di Lituania.

N. 264

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 23 X 1696

Gratias agit pro litteris die 29 mensis Septembris missis. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 654r.*

Eminentissimo etc.,

Con le solite copiosissime grazie di V.E. capitommi iersera il suo riveritissimo dispaccio de' 29. passato che trovai composto di tutte le parti enunziate nella fascetta. Ora imploro a questa mia sommessa replica la continuazione del benefico patrocinio di V.E. al favore di cui possa conciliarsi l'alto compatimento di N.S. et a V.E. per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 265

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 23 X 1696

Docet de contentione Lithuana inter epum Vilnensem C. Brzostowski et Sapiehas orta, de exercitu Lithuano in praediis ecclesiasticis hibernante deque iis, quae congregatio Romana circa praediorum ecclesiasticorum incolumitate egit.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 656r-659r.

Eminentissimo etc.,

Quanto siasi trattato qui per restituire l'autorità vilipesa di Monsig. vescovo di Vilna[1], e procurare nel medesimo tempo dal gran generale di Lituania[2] l'indennizazion della Chiesa, hò gia havuto l'onore di esporlo a V.E. quindeci giorni sono, et ora stò riverentemente attendendo gl'infallibili cenni di N.S. per regolar a tenor de' medesimi le mie ossequiosissime premure. Egli è vero però che intorbidandosi presentemente le cose della Lituania e dichiarandosi molti nobili unitamente con parte dell'armata contraria gli interessi della casa Sapieha, e de' suoi aderenti si lusingan alcuni che forse potrebbersi adesso migliorar di molto le condizioni della Chiesa, a favore di cui mostrano dichiararsi quei ch'han prese l'armi con[656v]tro il gran generale. Sarebbe veramente desiderabile lo stabilimento di modo, che dichiarati i diritti d'ambedue le potestà ecclesiastica, e secolare non si dovesse piu per l'avvenire temer che potessero da' soldati esser inferiti nuovi aggravii alla libertà della Chiesa, ma pur troppo apprendo esser il tempo della guerra civile il meno addattato per rimetter il buon ordine nella provincia.

Tuttavia riflettendo, che forse il Sig. gran generale non havrà piu la facoltà di rinunziare all'iberna accordata gia dagli Ecclesiastici di Lituania, e rimessa due anni in avvenire da esso, e che non potrà piu disporre delle stazioni de' soldati rivoltati contro di lui, osarei suggerir a V.E. se quand'anche la Santità gradisse le proposizioni fattesi, e me ne ordinasse la ratificazione [656v] io non doversi soprasedere fintanto o non vedersi restituita l'autorità del Sig. gran generale, o non mi si dassero sodisfazioni equivalenti, e fors'anche maggiori di quelle son contenute ne' due principali articoli del trattato. Mi lusingarei potermi anche con ciò potermi insinuar a promuover la publica quiete, mentre da una parte i Sig.i Sapieha apprendendo maggiori svantaggi alla propria casa dalle mie dilazioni si renderan piu sommersi a quanto sarò per propor loro sia per il decoro della Chiesa, o sia per il publico vantaggio, e dall'altra parte gli ammutinati condotti del palatino di Vitepsco[3] di casa Crispini scuoprendo esser nelle mie mani un accordo che levarebbe loro un gran pretesto di multiplicar i rumori [657v] saran caso delle mie rimostranze, e non si renderanno difficili a prestar l'orecchio a tutte le proposizioni, che potessero esser fatte loro per la pace del Regno.

In tal maniera ben lontani di far servire il titolo specioso del servigio della Chiesa alle loro passioni dovrebbero i rivoltati secondar con le stesse loro passioni il vero, e stabile vantaggio della medesima Chiesa, che non havrà mai una pace sicura fintanto non s'ottiene da una publica costituzione della

[1] Constantinus C. Brzostowski.

[2] Casimirus Sapieha.

[3] Andreas Kryszpin, palatinus Vitebscensis.

provincia che ò vengan eseguiti gli ordini della Sagra Congregazione dell'Immunità Ecclesiastica, o si riconosca esser la materia delle stazioni militari altrettanto dipendente dalle leggi della Chiesa, quanto sono i beni spettanti alla medesima. Ad otte[658v]nere un fine di tanta importanza proponeva il canonico Seniawski cancelliere di Vilna[4] un altro rimedio non men efficace, et è che la Sagra Congregazione dell'Immunità facesse un decreto nell'annessa forma, per cui senza levar il negoziato del supremo tribunale, e senza alterare le disposizioni non men irrefragrabili che benigne di N.S. sembrarebbe agl'inesperti de' sagri canoni che si concedesse a Monsig. vescovo di Vilna[5] una piena autorità di proseguire il suo dritto, e restarebbe in perpetuo la memoria che non erano state legate le mani al vescovo se non in caso che li Sapieha havessero data una piena sodisfazione alla Chiesa secondo il tenore de' cenni della Santità Sua. M'assumo la fiducia di recar tutto a notizia di [658v] V.E. perche potendo esser varii i successi delle presenti emergenze bramarei vedere talmente diretta dalle prudentissime considerazioni di lei la mia sommessa obbedienza, che mi riuscisse facile il mantenere l'onore della Chiesa, e de' suoi ministri altrettanto con lo stabilimento dell'autorità de' Sig.i Sapieha quanto con la loro caduta, che non potrà non esser perniciosissima a tutto il Regno, e piaccia a Dio benedetto non apporti anche svantaggio alla religione Cattolica con l'introduzione de' soldati eretici nella Lituania. Auguro alla mia venerazione congiunture, e successi migliori per non affliggere maggiormente le viscere paterne della Santità Sua con funesti ragguagli di rivoluzioni inaspetta[659r]te, e di divisioni intestine, che non potran non ridurre questo regno all'orlo del precipizio, se non vengono sopite prima del termine dell'elezione del nuovo re. Et a V.E. frattanto etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 266

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Herbutowicz

Varsaviae 24 X 1696

Dispensatio, qua altaris ministerium conceditur Ioanni Herbutowicz, qui furis nomine Kurek socius fuisse suspectabatur.

[4] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.

[5] Constantinus C. Brzostowski.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22r-22v.*

Dispensatio super irregularitate ad cautelam. Gratis.

Ioannes Antonius. Dilecto nobis in Christo reverendo Casimiro Ioanni Herbuttowicz presbytero dioecesis Luceoriensis seu alterique legationis nostrae salutem. Exponi nobis fecisti qualiter quendam furem, Kurek dictum, qui tibi agnos conabatur furari, dum argueres de mala vita ipsius, certas ligulas, in quibus ipse dicebatur habere inclusa, eidem accipi fecisti, unde ipse forsitan volens rehabere suas ligulas, continuo te sequebatur, usque dum ad quendam locum pervenisses et heres praefati Kurek eundem vidisset, tanquam malefactorem et alias suum subditum, curavit in patibulo suspendi.

Quia vero idem Kurek antequam suspenderetur, lamentabatur contra te, quasi quod si huiusmodi ligulas cum inclusis ipsi non accepisses, nunquam deventum fuisset ad sui capturam et consequenter suspensionem; licet nullo modo intendisti illius capturam, multo minus mortem, ad omnem tamen bonum finem et uberiorem cautelam, ad nos recursum fecisti et humiliter supplicavisti, ut tecum super irregularitate, si quam exinde incurrisses dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos tuis supplicationibus benigne inclinati, teque iprimis a quibusvis excommunicationis absolventes et absolutum fore censentes, tecum, quatenus narrata veritate nitantur, et tibi iniuncto, ut si in aliquo reus esses, dicto defuncto in heredibusque vel prout de iure fuerit in animae suffragiis satisfacias, super irregularitate, si quam ex praemissis incurrisses, ad cautelam dispensamus omnemque irregularitatis maculam sive notam exinde provenientem abstergimus et abolemus ita, ut si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum, in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre, nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, non plura tamen, quam quae iuxta sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur et dummodo tibi canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite possis [22v] et valeas. Non obstantibus, in quorum fidem. Datum Varsaviae die 24. Octobris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 267

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Dłużewski episcopum suffraganum Chelmensem

[Varsaviae 25 X 1696]

Potestatem dat episcopo, ut Albertum Dłużewski consecret. Qui quia pugnam cum presbytero Sieniakiewicz habuerat, prohibebatur, quominus consecraretur.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22v.*

Die 25. [Octobris] commissio directa ad perillustrem et reverendissimum dominum Joannem Dłużewski suffraganeum praeceptum et officialem generalem Chełmensem[1] et Zukoviensem[2] ad absolvendum ab excommunicatione canonis *si quis suadentes* reverendissimum Albertum Bielinski vicarium Zukoviensem et dispensandum cum ipso super irregularitate ex eo, quod ipse habitis rixis cum reverendo Sieniakiewicz presbytero, in eundem violentas manus iniecit, et credens se non teneri irregularitate, ex quo statim mutua inter ipsos deprecatio subsecuta, Divinis se semel immiscuit. Re autem huiusmodi delata ad suam dominationem reverendissimam, eadem ipsum declaravit incidisse in excommunicationem et irregularitatem.

N. 268

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 26 X 1696

Gratias agit atque docet nuntium properum die 22 mensis Septembris datum sibi redditum esse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 632r.*

Eminentissimo etc.,

Quanto piu riconosco moltiplicarmisi le grazie di V.E. ne' riveritissimi suoi dispacci, l'ultimo de' quali mi capitò ieri in data de' 22. scorso, tanto piu

---

[1] Ioannes Dłużewski, inde a mense Iunio anni 1696 suffraganus Chelmensis.

[2] Żuków in dioecesi Chelmensi.

mi umilio alle medesime riflettendo che la gran sproporzione della mia tenuità all'alto grado di V.E. non impedisce punto gli effetti benefici dell'umanissimo suo patrocinio, la cui continuazione umilmente implorando a V.E. etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 269

Ioannes Antonius Davia ad Alexandrum Paulum et Catharinam Sapieha

[Varsaviae 26 X 1696]

Alexandro Paulo et Catharinae Sapieha (natae Bethun) conceditur, ut altare portabile habeant.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22v.*

Die 26. [Octobris] oratorium privatum concessum illustrissimis et excellentissimis dominis Alexandro Paulo Sapieha mareschallo curiae Magni Ducatus Lithuaniae et Catherinae de Bethun coniugibus, valiturum durante vita excellentissimi domini mareschalci supradicti.

N. 270

Ioannes Antonius Davia ad Marcum Antonium Federici

[Varsaviae 26 X 1696]

Marco A. Federici conceditur, ut libros prohibitos legat.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22v.*

Dicta die [26 Octobris] licentia legendi libros prohibitos concessa domino Marco Antonio Federici.

N. 271

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 26 X 1696

Docet de rebus abbatiae Cisterciensium, quae erat Premeti (Przemęt), in oppido in palatinatu Posnaniensi sito, cum Kozanowski, candidatus regius, Lescinsciorum consanguineus, ab ecclesia reiceretur. Quae controversia, quam vim ad res palatinatus Posnaniensis habuerit, addit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 635r-637v.*

Eminentissimo etc.,

Se tutte le difficoltà che muovono cotesti padri Cisterciensi contro il Kosanowski consistessero nel difetto de' natali, spererei occorrendo provarne l'insussistenza, mentre mi si suppone altramente da questi nobili, che asseriscono haver piena conoscenza della persona, e del fatto. Mi dicon' essi che trovandosi vedovo il canonico Lenczinski, padre del palatino di Lancizia, sposasse una donna di stirpe ignobile, da cui hebbe durante il matrimonio il Kosanowski; ma perche secondo le leggi del Regno non poteva esso intervenir alle diete ne godere l'altre prerogative della nobiltà, il palatino di Lancizia[1] che non voleva riconoscer per fratello un plebeo, gli mosse lite dopo la morte [635v] del padre, et a forza di denari lo fece dichiarar illegitimo nel tribunale del Regno, obbligandolo a lasciare il nome Lenciski, e prender quello della madre Kosanowski.

Nel medesimo tempo però che con si ingiusta sentenza veniva il Kosanowski privato della successione paterna fù da tutta la casa Lenciski appoggiato si validamente nella professione ecclesiastica scielta da lui, che nella vacanza dell'abbazia Premetense[2], situata nel palatinato di Posnania, se gli procurò la postulazione de' Monaci. Vorrei poter scusare colla medesima facilità la di lui intrusione nell'abbazia sudetta, alla quale non poteva legitimamente aspirare dopo cassata del generale de' Cisterciensi la postulazione, e da cui [636r] doveva recedere dopo fatta della Santa Sede la provisione in persona del padre Konski. Per altro questo padre non è altrimenti fratello del palatino di Kiovia ma solamente del medesimo nome, e forse in qualche grado congiunto, et essendo l'istesso palatino generale dell'artiglieria del Regno, non so d'onde sia proceduto l'equivoco di chi nel suggerir le memorie alla Segretaria di Stato ha fatto delle due cariche di palatino, e generale due cugini uniti, a sostenere gl'interessi dell'accennato Konski.

---

[1] Raphael Leszczyński.

[2] Abbatia Premeti (Przemęt) sita.

Si è trattenuto egli piu giorni in Varsavia durante la convocazione e benche havesse lettere caldissime del palatinato di Sandomiria[3] al Sig. cardinale non hà però potuto impetrare la sola proposizione del suo [636v] affare alla dieta. Lo stesso Sig. palatino di Kiovia[4] dopo conosciuta la difficoltà d'ottener qualche cosa ragionevole da quelli della Polonia maggiore, si è meco espresso che havendo molti rispetti di conservarsi unito col palatino di Lancizia voleva indurre il padre Konski suo parente a recedere dalla pretensione dell'abbazia, e contentarsi di qualche pensione, e della coadiutoria se si potrà ottenere dagli altri, o di qualch'altra competente, e legitima concordia da approvarsi poi dalla Santità di N.S. Non si trovarà in Varsavia il padre sudetto prima della metà di novembre, onde oso implorare le prudentissime direzioni di V.E. con tanto maggior fervore quanto piu gravi riconosco [637r] gli eccessi del Kosanowski nella sua intrusione non solo, ma anche nell'haver impedita finora l'esecuzione delle provigioni apostoliche. Bramerei haver a fare con una nazione che fusse ò men prevenuta de' suoi supposti dritti o piu staccata dalla considerazione de' temporali vantaggi, perche allora mi lusingherei poter ottenere una libera rinunzia del Kosanowski all'abbazia Premetense col solo riguardo della giustizia della causa, e della volontà di N.S. Quando però ciò dovesse riuscirmi sommamente difficile, supplico l'E.V. accennarmi qual sorte di somissione debba essiger dal Kosanowski per terminar il suo affare prima delle dietine, che si terranno in marzo, [637v] et aprile, e che dovendo formar le istruzioni per la capitolazione del nuovo re potranno assister o abbandonnar gl'interessi della Chiesa secondo saranno della medesima contenti, o esacerbati i particolari che le compongono. Et a V.E. m'inchino per fine profondissimamente.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 272

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 26 X 1696

Docet se Sedi Apostolicae nuntiavisse Benedictum Sapieha per litteras

---

[3] Palatinatus Sandomiriensis.

[4] Felix Szczęsny Potocki.

rogavisse, ut frater eius Casimirus ab excommunicatione, qua ab episcopo Vilnensi Brzostowski notatus erat, absolveretur.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 639r-640v.

Eminentissimo etc.,

Oltre tutto quello, ch'hebbi l'onore di rappresentare a V.E. con le passate nell'affare di Vilna le rimetto presentemente la supplica formata dal Sig. gran tesoriere di Lituania[1], il quale come plenipotenziario del gran generale suo fratello[2] ha creduto dover rendere piu autentica la domanda dell'assoluzione ad cautelam reiterando in iscritto quel tanto che da Sua Eccellenza mi fù detto in voce prima che partisse verso la Lituania. Hò desiderata questa nuova dichiarazione perche potendosi, e col tempo, e con la mia assenza dal Regno di Polonia estinguere, ò per lo meno alterare la memoria di quello era stato operato in questo particolare, spero [639v] varrà la supplica de' Sig.i Sapieha per una prova irrefragrabile, che ben lontani dall'esigger sodisfazioni dal vescovo loro, come fù preteso in passato, hanno finalmente riconosciuta l'autorità de giudici Ecclesiastici ricorrendo al capo supremo della Chiesa per ottener quel sollievo, che non aspettavano dal proprio pastore.

Imploro presentemente l'autorevol' interposizione di V.E. per ottener il benefico gradimento di N.S. con piena fiducia, che tolta questa scandalosa divisione degli ordini Ecclesiastico e secolare nella Lituania, possano con maggior quiete, proceder l'emergenze dell'interregno, e l'importantissimo negozio dell'elezione. È certo [640r] almeno che la Chiesa di Lituania respirarà dall'oppressione non solo a tenore di quanto hanno promesso in iscritto i Sig.i Sapiecha, ma anche con una piena libertà, da cui sono stato assicurato da predetti Sig.i dispostissimi a far tutto in rispetto della Santità Sua che riguardano come benefattore della loro casa, e solamente difficili a dar segni d'haver ceduto alle minaccie di Monsig. vescovo creduto da loro indotto dalla corte a tutte le passate risoluzioni. In effetto benche sia credibile che il solo zelo dell'immunità ecclesiastica habbia portato il vescovo di Vilna[3] a tentar di ricuperare que' dritti, de' quali sembra privata la Chiesa di Polonia sin dal principio del secolo passato, nulla dimeno la stretta [640v] corrispondenza del prelato con uno de' principali ministri della corte, e le misure che sembrava prender con esso in questa causa (come apparisce dagli estratti aggiunti di lettere intercette) dànno luogo di dubitare se in solo motivo di pieta disinteressata habbia regolate le operazioni di Monsig. vescovo. Per me non osando di portarne giudizio veruno ristringo le parti della mia

---

[1] Benedictus Sapieha.

[2] Casimirus Sapieha.

[3] Constantinus C. Brzostowski.

obbedienza a rappresentar tutto a V.E. con quella sommessa venerazione, ch'è piu dovuta al suo merito, et aggiungendo solamente esser la casa Sapieha degna di qualche compassione per haver generosamente impiegate le proprie sostanze in mantenimento della Sagra Lega a V.E. per fine profondissimamente m'inchino.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 273

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Loci quidam e documentis Constantini C. Brzostowski epi Vilnensis excerpti, qui ad controversiam ab eo Sapiehis motam pertinent.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 642r.*

Paragraphi excerpti ex literis missivis illustrissimi et reverendissimi domini episcopi Vilnensis manu ipsius propria scriptis.

Ab ill[ustrissi]mo d[omi]no ep[iscop]o Dombrowna[1] 30 [Novem]bris 1693. Satis erit confusionis partis, dum sub directione sua primus impetus et furia cum fumo evanescent et vel maxime, quia consilia eorum immutabantur, concurrentibus diversis circumstantiis, quas non exprimo. In principio igitur aut vincendum aut perdendum aut compositio aut iudicia subsequi debebunt, dum et aula licet tacitis cuniculis iungit sua interesse, adnitens unitis animis suas et nostras res promovere, consequenter possemus ancupari favores et ulteriores respectus.

Ab ill[ustrissi]mo d[omi]no ep[iscop]o Vilnae 17 April[is] 1694. Quis scit, si non subsequetur, quod exercitus excutiet oboedientiam ex hac occasione, quod vel maxime veretur et pro custodia corporis huc ad urbem quattor vexilla iam avocata sunt.

Ab ill[ustrissi]mo Ep[iscop]o Vilnae 17 April 1694. Novam denuntio Dominationi Vestrae occurrentiam, quod hodie circa meridiem duo senatores palatinus Mscislaviensis[2] et castellanus Novogrodensis[3], fuerunt apud me

---

[1] Dąbrowna.

[2] A. Moszewicz, palatinus Mscislaviensis.

[3] N. Nowosielski, castellanus Novogradiensis.

persuadendo, ut contineam gladium in vagina, diversas adducendo rationes ex parte sua, quas describere impossibile est, siquidem plures quam duas horas me fatigabant. Respondi cum resolutione, quod nec possum nec debeo ulterius exspectare, tandem minoritam quendam Bernardinum, qui quondam fuit presbyter saecularis cum charactere apostolici notarii miserunt interponendo ad Sanctam Sedem nomine ips[ius] apellationem, sed et huic negative respondi.

Ad ill[ustrissi]mum ep[iscop]um Varsaviae 23 [Novem]bris 1694. Litteras Excellentiae V[est]rae perlegi s[erenissimae] r[egiae] m[aiesta]ti, sed adverto, quod frustra credere debeamus legato. Qui totus in complementis, re ipsa autem nihil obstat. Non expedit igitur sese ab [ista] parte fundare super pecunia, quam scit fore necessariam, sed eam dare non vult. Citius ad compositionem flectentur, dum sublevatio papalis restringetur ad tempus.

N. 274

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 26 X 1696

Docet de Mariae Casimirae reginae in regiam Varsaviensem reditu, de throni candidatis: Iacobo Sobieski et principe de Conti, de seditiosorum cum exercitu pugnis in Lithuania factis deque sacerdotis Scarlatti itinere Vindobonam facto.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 644r-644v.*

Foglietto.

Ritiratosi ormai tutt'i deputati del Regno alle lor terre resta questa città priva non men di concorso che di nuove null'altro essendo occorso in questa settimana che il ritorno della regina in castello seguito mercordì sera senza incontrar opposizione veruna. Pare che la Maestà Sua non porti piu con tanta veemenza gli interessi del Sig. elettor di Baviera[1] dichiarandosi che non ostante i continui disgusti ricevuti dal principe Giacomo preferirà sempre la promozione del proprio primogenito a qualunque vantaggio degli altri suoi congiunti. Altro concorrente alla corona non si è scoperto finora, quando non si voglia aggregar nel numero il principe di Conty di cui s'è parlato, come se fusse stato proposto dall'ambasciatore di Francia[2], e perche la proposizione

[1] Maximilianus II Emmanuel.

[2] M. de Polignac.

non è stata rigettata trattandosi d'un principe di qualità eroiche, i partigiani del principe Giacomo ne han concepita tanta apprensione che Monsig. vescovo di Cuiavia[3] capo de' medesimi ha preso l'assunto di scriverne à palatinati del Regno, et ha pregato frattanto il Sig. ambasciatore di Francia a voler desistere da simil proposizione.

[644v] Un corpo dell'armata ribelle è stato battuto da un Regimento di truppe fedeli, onde si crede sia per svanire l'ammutinamento quando si trovi modo di sodisfar in parte i debiti contratti dalla Repubblica co' soldati da sei anni in quà. S'aspetta dentro la corrente settimana il Sig. abbate Scarlatti che partì da Vienna li 5. doppo esservisi trattenuto per il corso quasi tre settimane, con che ha dato a credere non esser le istruzioni del Sig. elettore di Baviera diverse da quelle di Sua Maestà Imperiale.

N. 275

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Cum Sapiehae operam darent, ut Casimirus Sapieha ab excommunicatione absolveretur, Sedes Apostolica certior facta est de Sapieharum erga Ecclesiam meritis maximis. Nuntius docet cardinalem, quid Sapiehae a Sede Apostolica impetravissent.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 648r-649r.*

Foglietto.

Bozzo di lettera colla quale li stimo espediente, che dalla Segreteria di Stato siano accompagnati gli articoli della concordia da trasmettersi a Monsig. nunzio apostolico in Polonia nuova forma, che sono stati aggiustati dalla Sagra Congregazione coll'approvazione li N.S.

Nostro Sig., che ama con un distinto specialissimo amore cotesta inclita e generosa nazione è volentieri condesceso contro gli esempii pratticati da i suoi predecessori, e da se medesimo in casi consimili alle sopra espresse facilità, e piu oltre si sarebbe steso per il vivo, et ardento desiderio, che hà di contribuir alla quiete, e tranquillità della medesima nazione, se havesse conosciuto di poterlo fare salva la sua coscienza. Onde la Santità Sua che per lo spazio di otto anni ch'è stata in cotesto regno, più d'ogni altra è informata, quanto la famiglia Sapìa sia benemerita non solo della Polonia, e della

---

[3] Stanislaus Dąmbski.

Lituania, ma anco della Santa Sede, e della Cristianità tutta per il Sangue e per il tesori, che hà sempre largamente sparsi in difesa della nostra Santa Religione: Che sà ch'è stata sempre il piu fermo, e saldo propugnacolo della fede cattolica, et à cui lo stato ecclesiastico di Lituania è debitore di tante insigni, e numerosissime dotazioni, e fondazioni de conventi de regolari, e di altre opere pie: Che ben conosco il gran generale, et il gran tesoriere[1], e che sa che si sono sempre studiati non solo d'imitare ma di superare la gloria dei loro maggiori: Che ben sà che sono stati i piu zelanti mantenitori della sagra lega, e quanto si sono segnalati nella presente guerra contro l'inimico commune, e [648v] sà quanto sia il rispetto, e la devozione che la famiglia Sapìa hà sempre portato alla Santa Sede non può persuadersi, che non si rendano pronti à ricevere questa forma di concordia, che d'ordine di Sua Santità viene trasmessa, et a dare alla Santità Sua questa consolazione, che cosi vivamente et ardentemente brama non solo per la quiete della nazione, mà per il bene particolare di cotesti medesimi Sig.i e per venire con cio liberata dall'obligo indispensabile che ha di provedere alla libertà canonica degl'Ecclesiastici di Lituania, che da tanto tempo implorano la sua giustizia. Tutta la difficoltà si riduce à mettere adesso in esecuzione quelle medesime cose, che il gran generale hà data ferma intenzione à Monsig. nunzio di voler fare nel fine dell'anno prossimo; Mà Sua Beatudine ben sa che, non manca il modo al gran generale, dove poter adesso collocare le milizie del gran Ducato à quartiere, con lasciarne liberi i beni ecclesiastici, come non mancava prima, che cominciasse la diffidenza con Monsig. vescovo[2]. È ben noto à Nostro Sig. essersi più volte espresso il gran generale, che bastava, che Monsig. vescovo di Vilna fusse suo buon amico, per esser sicuro, che i beni della sua mensa, e quelli degl'altri Ecclesiastici di Lituania dovessero essere esenti da qualunque allogio di milizie. Onde Sua Santità, che sà quanta sia stata sempre [649r] sempre la dieta della casa Sapìa, e quanto si sia sempre gloriata d'un specialissimo rispetto verso la Santa Sede fermamente confida, che quello che li dichiarava pronto à far per l'amicizia di Monsig. vescovo, molto più sia per farlo per tanti motivi di pietà, e di giustizia e per dare questa consolazione a Sua Santità, che tanto ama e stima la Sua casa e persona.

Dovrà dunque Monsig. nunzio usare tutta l'efficacia maggiore per persuadere il gran generale à così necessaria risoluzione e valersi anco bisognando del mezzo di tanti insigni e piissimi vescovi, e senatori, de quali abonda cotesta inclita nazione, e potrà assicurare il gran generale che disponendosi à questo, obligarà N.Signore à rimostrarsi in tutte le occasioni il suo gradimento con tutte le forme più distinte e significanti; Che esperiendosene[?] pienamente in Monsig. vescovo gli atti di quella stima,

---

[1] Casimirus et Benedictus Sapiehae.

[2] Constantinus C. Brzostowski, epus Vilnensis.

che gli è dovuta et un vivo desiderio di rientrare con gran generale in quella buona corispondenza che avanti questi disturbi è ben loro vicendevolmente passata, e potrà fermamente sperare da Sua Divina Maestà una larga rimunerazione: non solo in questa vita con tutte le prosperità, che sà bramare mà anco nell'altra ch'è lo scopo, al quale si devono principalmente indirizzare tutte le nostre operazioni.

N. 276

Stanislaus Dąmbski episcopus Cuiaviensis ad legatum Francogallicum M. de Polignac

Litterae Stanislai Dąmbski, epi Cuiaviensis, principis Iacobi fautoris, ad Melhiorem de Polignac, legatum Francogallicum apud Polonos, de electione adventante deque Francogallis principem de Conti throni candicatum adiuvantibus.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 650r.*

Ch. Załuski, *Epistolarum historico-familiarum*, t. II, Brunsbergae 1711, p. 151.

N. 277

Legatus Francogallicus M. de Polignac ad Stanislaum Dąmbski episcopum Cuiaviensem

Varsaviae die 16 Octobris 1696

Resposum, quod Melhior de Polignac, legatus Francogallicus apud Polonos, de electione regis Polonorum adventante deque principe de Conti throni candicato Stanislao Dąmbski, epo Cuiaviensi, dedit.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 650r-653v.*

Ch. Załuski, *Epistolarum historico-familiarum*, t. II, Brunsbergae 1711, p. 151-156.

N. 278

Adnotatio lituraria Congregationis Romae confecta

Adnotatio de controversia inter epum Brzostowski et Casimirum et Benedictum Sapiehas orta.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 660r.*

Sacra Congregatio resolvendo suspensionem in casu non secutae satisfactionis iuxta mentem Sanctissimi alias illustrissimo domino nuntio significatam, domino episcopo[1] contra dominum generalem[2], prout de iure, precedere permittit.

N. 279

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 23 X 1696

Docet de seditione Lithuana, de nobilibus Lithuanis et Ecclesia Sapieharum inimicis, de Tartaris fines Poloniae prope Cameneciam Podoliensem invadentibus. Notum facit Kryszpinis obici, quod humili loco nati essent, Varsaviae autem epum Cuiaviensem Dąmbski de electione regis Polonorum publice orationem habuisse.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 661r-662v.*

Foglietto.

Die 11. [Novembris] altare portatile concessum illustrissimis et excellentissimis dominis Hieronymo comiti in Wisnicz et Iarosław Sacri Romani Imperii principi Lubomirski supremo Regni Poloniae thesaurario et Constantiae coniugibus, valiturum durante vita suprapositi illustrissimi domini thesaurarii.

N. 305

Ioannes Antonius Davia ad episcopum Plocensem

[Varsaviae 11 XI 1696]

Eodem die potestatem dat episcopo Plocensi, ut presbyterum Casimirum Białobrzeski a caede facta dispenset.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

Dicta die [11 Novembris] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Płocensi[1] seu ipsius perillustri et admodum reverendo

---

[1] (Leniec, Lenie).

[1] Joannes Chrysostomus Załuski.

domino vicario in spiritualibus et officiali generali ad dispensandum cum reverendo Casimiro Białobrzeski presbytero alias parocho Piscoviensi[2] dioecesis Płocensis, super irregularitate ex eo contracta, quod ipse ad iudicium curiae Illustrissimae Dominationis Tuae, ratione quasi procurati suasu homicidii in personam laboriosi Iacobi Pobidzinski patrati citatus existens, in eodem in supplementum probationum purgatio canonica ipsi demandata est cum septem compurgationibus; parochos porro ipse eiusmodi compurgatores ad iurandum conduxit, praestitoque per se iuramento, compurgatores quoque quattuor volebant etiam iuramentum praestare, sed quia instigator contra tres, praeter supradictos quattuor, uti suspectos, presbyteros excepisset, ideo exponens in dicto iudicio pro irregulari declaratus est. Ad nos propterea [recursum habuit].

N. 306

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Casimirum Olszewski

[Varsaviae 11 XI 1696]

Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos ob necessitatem ecclesiae Lublinensis Ioanni C. Olszewski concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

Eadem die [11 Novembris] dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concessa Ioanni Casimiro Olszewski, ob necessitatem ecclesiae Sancti Spiritus in civitate Lublinensi[1].

N. 307

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem et Annam Rudzki

[Varsaviae 12 XI 1696]

Concessio altaris portabilis habendi Ioanne Rudzki vivo valida aboletur.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

---

[2] Piskowiec in dioecesi Plocensi.

[1] Lublinum (Lublin).

Revocatum die 22. Februarii 1697. Die 12. altare portatile concessum generosis dominis Ioanni Rudzki notario terrestri Cervensis et Annae ab Uleniec coniugibus, valiturum durante vita suscepti generosi Rudzki.

N. 308

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de contentione Lithuana, de exercitu confoederatorum deque principe Conti thronum Polonicum petente.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 99v-100v.*

Di Varsavia da Monsig. nunzio 13 novembre 1696.

Deciframento a 6 Dicembre.

L'Ambasciatore di Francia[1] non lascia intentata diligenza veruna per conciliar' aura, et affetto al principe di Conty; ma pare che già comincino à raffreddarsi quegli stessi che da principio s'erano mostrati più fervorosi per il di lui partito. Ultimamente offrì a commissarii deputati, per acquietare l'armata di Polonia, la somma di ottanta mila scudi da impiegarsi in estinzione del debito della Repubblica e coll'esercito di Lituania tratta accioche non s'accordi con li Sapìa se questi prima non acconsentono all'elezione del principe di Conty: Ma nell'uno, e nell'altro luogo trova poca disposizione ad essere ascoltato. Minore [99v] ne incontra la regina a far gradire le proteste, che fù di non haver parte nella rivoluzione di Lituania, la quale non succede con quella felicità che s'era figurata de gli emoli della casa Sapìa, onde i Crispini stessi progettano di limitar al fin di Dicembre la prossima dieta di Samogizia, ad effetto di cercar frà tanto temperamenti da contenar ambedue le parti. Si ristringono le pretensioni de gli accennati Crispini à liberar la Chiesa di Samogizia dall'oppressione de' soldati; Alla restituzione del loro onore offesso con la sentenza data nel tribunale de Lituania, quasi non siano di schiatta nobile; Onde il tesoriero Sapìa pensa portarsi da Grodno in Samogizia per conferir con loro e contentarli avanti vengano [100r] nuovi sussidii della regina, e ad effetto di renderlo più facile a tal risoluzione, gli communicai ieri con un'espresso lettera del Szaniauuski[2] Cancelliere di Vilna, e gli rappresentai il merito, che questo si conciliava col publico, adoprandosi

[1] M. de Polignac.

[2] Constantinus Szaniawski.

con tanto frutto à procurar la pace della provincia che non mancarà d'influire nella tranquillità dell'elezione. Si comincia presentemente à discorrere del tesoriero della Corona ch'è quel principe Lubomirski[3], il quale dopo esser stato Professo dell'ordine di Malta, sposò la sorella di quell'abbate Bochum[4], che si trova in Italia per publicarvi à nome della Repubblica di Polonia la morte del re Giovanni. Tra queste mutazioni il principe Giacomo perde ogni giorno qualche uno de suoi [100v] adderenti, e per lo contrario se ne acquistarebbero molti al Partito dell'elettore duca di Baviera se il Sig. abbate Scarlatti non si dichiarasse di non haver ordini precisi di chieder la Corona, la quale però non si rifiutarebbe da Sua Altezza in caso di elezione.

N. 309

Ioannes Antonius Davia ad Michaelem Miliński

[Varsaviae 14 XI 1696]

Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos ob necessitatem ecclesiae Mocascensis Michaeli Miliński concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

Die 14. [Novembris] dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concessa Michaeli Milinski, ob necessitatem ecclesiae parochialis Mokascensis[1].

N. 310

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Docet de rebus Lithuanis, adiungit copiam epistulae a palatino Vitebscensi Kryszpin ad Constantinum Szaniawski cancellarium Vilnensem datae.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 685r-686v.*

Informatio palatinatibus et districtibus, cum qua captus est Szimanowski commilito illustrissimi domini Kryszpin palatini Vitebscensis, manu ipsiusmet palatini scripta in haec verba.

---

[3] H. A. Lubomirski.
[4] V. N. 88.
[1] Mokas (Mokaczew).

Conferendum cum illustrissimo domino castellano Vilnensis[1], et maxime cum ipsa domina castellana[2], quod si isti illustrissimi non invenirentur, tunc concurrendum est perillustri domino Szaniawski, hic dabit informationem, monstrabit viam ad perillustrem dominum Szuszyki, aut ad quem ipsi placebit, ut serenissimae innotescat reginae praesentanda haec scripta scheda, quae ad illustrissimum castellanum Vilnensem dirigitur, et expectetur expeditio.

Litterarum contextus.

Repertis in Brestensi palatinatu confectis rebus, quatenus et ego aliquid valerem altera ex parte ad auxiliandum agere, festinavi ad vexillum meum, quod in duobus locis ad Lidam[3] et Lachowice[4] dispositum inveni, eo conducto in unum locum, pertraxi legionem, in quattuor consistentem locis, excellentissimi principis procancellarii M[agni] D[ucatus] Lithuaniae; qua in unum corpus congregata, dum iam loco permovendas erat, nocte apparuit dolus superioris officialis, patuerunt et insidiae ad transitum fluminis iactae, unde in summo versabamur periculo. Quare, dum hic conatus non successit, arripuimus alium, retro progressi sumus ad Nieswie[5], volendo inde usque Pinscum[6] per Polesiam[7] Brestiam pertingere, sed maior obvenit etiam his passibus difficultas, quia a Ducatu Slucensi[8] congregabantur contra nos milites, proinde alium elegimus modum.

Sub pretextu itineris Vitebsciam, ad ingressum meum in terram Minscensem[9] divertimus, ibi iterum Slucenses[10] milites circa traiectum fluvis Niemen[11] impedire cursum nobis volebant, sed traiecimus citius quam illi supervenerunt et subinde, suppresso tractu, unitim commilitones ordinavi, ut Brestiam confluant, ipse cum maiori adhuc parte sub praetextu itineris Vitebsciam, tendendo ultra Minsciam divertam in Samogitiam, propere quantocius viis [685v] ignotis festinando, milites autem me sequi curo disponendos per meas depauperatas villas hereditarias, praestolando responsum Ill[ustrissi]mae D[ominationis] V[estrae] per latorem praesentem huius schedae.

Ad confoederationem haec proponuntur puncta, supra quae resolutionem rogo.

Primum. Brestenses[12] versus ingentes aquas existentes, cum iam omnes

---

[1] I.B. Słuszka castellanus Vilnensis.
[2] Theresia Słuszka, nata Gosiewska, uxor Ioannis B. Słuszka, castellani Vilnensis.
[3] Lida.
[4] Lachowice.
[5] Nieśwież.
[6] Pińsk (Pinscum).
[7] Polesie.
[8] Słuck (Sluca).
[9] Terra Minscensis.
[10] Terra Slucensis.
[11] Flumen Niemen.
[12] Palatinatus Brestensis.

traiectus occupati, quomodo subsidium a militibus in Lithuania degentibus habere possint, providendum serio, ut saltem duo transitus assecurati habeantur: unus a Nowgorod[13], alter a Cobrin[14] ad locum Szlachecki Kamien[15] dictum contra Bisoniow[16], quia a Pinsko[17] procul et ignota via sub Sielec[18] et Kosow[19], nec cogitandum quidem, quia maxima abinde potentia adversae partiae habetur.

2.um. Si hic confoederatus miles diu subsistet, interea loca haec victualibus carebunt, taedium subsequetur militis continuorum laborum in uno loco; idem molestus erit nobilibus longo tempore ibidem subsistens. Ex Lithuania militares nullatenus haberi possunt, adversarii autem dilatabunt consistentias et haec vexilla contentabunt, et sic assis non esset confoederatio ista in Lithuania, nullus metus respectusque eius subsequetur. Comitiola imminebunt, in quibus praevalebunt praesentes ad paratas contributiones hibernales, consistentias et assiduas ad latus comparentias.

3.um. Vitebsciam[20] etsi vellem discedere, non video, quae ibi efficaciter perficere possem, cum vix aliqua in Russia[21] inveniantur vexilla seu cohortes vix tres aut quattuor, et ex his una immobilis Vitebsciae et Szarsicae[22] consistit, altera ex parte magna fortalitia, bona ampla et inimicorum copia inveteratorum.

4.um. Ex his omnibus confoederationibus, ut confoederatus miles prima glacie intret in viscera Lithuaniae [686r] et Russiae, aliquot millia militum aggreganda sunt de exercitu Regni, alias vana sine viribus ira.

5.um. Necessaria est omnino eversio in Samogitia, sed et ibi confidenter eorum cohortes subsistunt, raytari[23] quoque. Quantum ad nobilitatem, haec integra nostrarum erit partium, modo sufficienter mittantur pecuniae, sine quibus frustra tentandum aliquid; propterea pro subsidio mitto, ut inchoatae res effectum sortiantur et coeptum opus ne incassum eat; et maxime considerandum, quod Brandeburgus vicinus, ne suppetias ferat illis et quasi invicem opponat potentiam.

P.S. Hac scheda perlecta, humiliter exoro, obsigilletur et remittatur mihi per eundem latorem, quia iam libere non possem correspondere.

De hoc ill[ustrissi]mus d[ominus] supremus exercitus M[agni] D[ucatus] Lith[uaniae] generalis[24] taliter scribit.

---

[13] Nowogród (Novogradia).
[14] Kobryń.
[15] Szlachecki Kamień.
[16] Bizoniów.
[17] Pińsk (Pinscum).
[18] Sielec.
[19] Kosów.
[20] Palatinatus Vitebscensis.
[21] Russia.
[22] Szarsice.
[23] Rajtari, equites graves.
[24] Casimirus Sapieha, hetmanus magnus Lithuanus.

Deferendo hanc informationem, rogo D[ominationes] V[estras] ut trutinent, quod haec licentiosa turba tam nocivum Reipublicae actum et convulsionem pacis publicae intendit, et in viscera M[agni] D[ucatus] Lith[uani]ae prima glacie cum subsidiis exercitus Regni nec non cosaccorum hostiliter ingredi satagit. Quare praecustodio D[ominationes] V[estras], ut sint cauti et huic malo resistant.

Copia litterarum ill[ustrissi]mi d[omi]ni Kryspyn palatini Vitebscensis[25]. perill[ust]ri D[omi]no Szaniawski[26].

Lator praesentium cuncta enarrabit perill[ust]ri D[ominationi] V[estrae] de meis progressibus, pro quo rogo, ut eundem informare dignetur et adiuvare in rebus commissis. Ego vero tristem cano quaerimoniam contra ill[ustrissi]mum d[omi]num nuncium, quod nobis a capitulo exceptis pictam constituit concordiam, depingendus esset ipsemet. Romam mitto vacuam schedam ad eundem, quam pro rei exigentia et genio dignetur Perillu[st]ris D[ominatio] V[estra] implere et eidem tradere a me. Videbo, quid etiam hac in re ad me rescribet, ut imposte[686v]rum ipsi Sanctissimo possim quaerulari contra ipsum, siquidem praeter porrectum sibi memoriale et obligationem fidei processit. Opportuno fere tempore pacem fecit inter partes ill[ustrissi]mus d[omi]nus ep[isco]pus Plocensis[27], qui gaudebit brevi Deo favente simili malacia. Litteras a fratre perill[ust]ris D[ominationis] V[estrae] mitto; et ille in adversis casibus versabatur et hi amici Ruthenici Graeca mercantur fide, cui et Romani, prout video, accommodare se coeperunt. Missus homo, si necessarias sibi non inveniret personas, remittendus ad perill[ust]rem Szuszicki, aut ad quem perill[ust]ri D[ominationi] V[est]rae placebit, ut possit d[omi]na legere hanc schedam. Notitias Varsavienses, quid ibidem agitur et insimul quid de nobis auditur, dignetur, mi benefactor, non gravatim describere. Pro proviso curru cum equis humiliter gratias ago.

Perill[ust]ris D[ominatio]nis V[est]rae

faventissimus frater et servus

Andreas Kryszpin palat[inus] Viteb[scensis]

Ex eadem epistola manu prop[ri]a scripta.

Ex Samogitia hactenus nullam habeo notitiam post discessum meum Varsavia. Audio ab ill[ustrissi]mo d[omi]no nuntio formatam esse concordiam ill[ustrissi]mi ep[isco]pi Vilnen[sis] cum ill[ustrissi]mo supremo Lithuaniae generali et nos expositi sumus lanienae. Non nuncius hic, sed nequam aliquis sine anima. Expectabo, donec ulteriorem habuero notitiam, scribam isti d[omi]no Italo postea.

---

[25] Andreas Kryszpin, palatinus Vitebscensis.

[26] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.

[27] Ioannes Chrysostomus Załuski epus Plocensis.

N. 311

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Notum facit nuntium properum die 20 X datum sibi redditum esse. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 693r.*

Eminentissimo etc.,

Con profondissimo rispetto, e non punto inferiore alle copiosissime grazie, che mi vengono compartite dal riveritissimo dispaccio di V.E. de' 20. scorso ne hò letto il contenuto, e ne procurarò l'osservanza in tutte le congiunture de' correnti difficilissimi tempi. A quel tanto vien'aggiunto ne' fogli acclusi per ossequiosa replica del medesimo imploro il benefico gradimento di V.E., a cui per fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 312

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de controversiis circa abbatem Lubinensem creandum ortis. Notum facit legatos conventiculorum impedire conatos esse, quominus nuntius electioni interesset, non quia vir diplomaticus esset, sed abbatiarum commendatariarum causa.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 694r-695v.*

Eminentissimo etc.,

Un cavagliere di casa Potocki stretto congiunto del palatino di Cracovia[1],

---

[1] Felix Potocki, palatinus Cracoviensis. V. N. 37.

ch'è generale come dicono, campestre della Corona, m'ha fatto fare istanza accioche volessi implorare per la di lui persona la clemenza di N.S. nella pretensione che vuol formare dell'abbazia Lubinense[2] vacata ultimamente per la morte di Monsig. vescovo di Chelma[3]. Io veramente mi sono scusato di supplicare V.E. a concedergli l'autorevol sua protezione, perche sebben' è di professione ecclesiastica, e di prosapia nobile e benemerita della religione cattolica, nondimeno essendo l'abbazia regolare, e di quelle, che vengon pretese di giuspatronato regio, non oserei di procurar una grazia, che fusse capace di appor[694v]tar nuovi sconcerti al progetto fatto col re defonto di terminare con un concordato tutte le differenze insorte su' questo emergente.

Si persuade l'abbate Potocki[4] di poter obbligare il nuovo re a sottomettersi alle risoluzioni, che fussero prese costi sopra la predetta abbazia, ma intanto riflettendo gli altri alla collazione, quando seguisse fattasi senz'haver prima data esecuzione allo smembramento proposto dell'abbazie, e senz'haver consolate le suppliche di que' particolari che fanno istanza ancor essi di godere della pontificia munificenza mi figuro che non potrebbe l'abbate predetto impedir i clamori, e fors'anche le proteste, et altre dichiarazioni noiose, che [695r] in tal congiuntura verrebbero fatte da quelli i quali o per invidia, o per interesse, o per fini non men perversi interpretaranno sempre sinistramente i decreti della Santa Sede almeno fintanto non vengan essi quietati sopra le loro richieste. Pur troppo tornano a parlarne per le dietine del Regno, e già si comincia nuovamente a proporre di escluder il nunzio pontificio dalla prossima elezione non meno come ministro straniero, che come quello il quale non doveva esser ammesso, se prima non erano composte tutte le differenze del giuspatronato, onde havend'io fatto pruova nella passata convocazione che non basta un numero grande di ben intenzionati per escluder la mala volontà d'un solo, imploro da [695v] V.E. i necessarii temperamenti per evitar al favor delle sue direzioni qualunque poco decoroso impegno, a cui senza dubbio soggiacerà nella dieta dell'elezione la mia rappresentanza; Et a V.E. P. fine etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

---

[2] Abbatia Lubinensis.

[3] Stanislaus Święcicki.

[4] Potocki abbas.

N. 313

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de exercitus hibernis in praediis ecclesiasticis sitis, de contentione inter Kryszpinos et Sapiehas in Lithuania orta deque rebus Ecclesiae Lithuanae.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 697r-698r.*

Eminentissimo etc.,

Havrei bramato di poter ridurre il Sig. gran generale di Lituania[1] a sottomettersi onninamente alle decisioni della Sacra Congregazione dell'Immunità nel suo importantissimo affare della collocazione de' soldati per il tempo de' quartieri d'Inverno. Ma perche non m'è riuscito dargli a conoscere che la causa sia meramente del foro ecclesiastico, quindi son' andato facendo diverse proposizioni che poi furono espresse nel foglio mandato a V.E. cinque settimane sono, e che ora attendono del beneplacito di Sua Santità il loro valore. Mi lusingo intanto non siano state inutili le mie premure poiche essendo sovragiunte le risoluzioni della Lituania in tempo ch'erano già mitigati gli [697v] animi de' Sapieha verso la Chiesa di Vilna hà lo medesimo potuto respirare dagli aggravii allora appunto quando maggiormente pericolose potevansi temere le congiunture. Gli affari del Sig. gran generale[2] si sostengon in modo in quella provincia, che la casa de' Crispini non dissente dal dar la mano ad abbracciar ripieghi bastanti a restituir la pace in Lituania, come si degnarà V.E. vedere dall'acclusa copia di lettera del Szaniawski[3]; Onde se ciò succede havrò luogo di sperare qualche miglioramento anche nelle condizioni stesse mandate costà, benche sia negozio di molta difficoltà. Qualunque però siasi per esser il successo delle mie premure auguro lo[698r]ro il benignissimo compatimento di V.E. alla quale per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Casimirus Sapieha.

[2] Casimirus Sapieha.

[3] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.

N. 314

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de rebus abbatiae Sanctae Crucis: candidatum regium Wyhowski vi monasterium occupavisse atque impedivisse, quominus candidatus ecclesiasticus Christinus Mirecki munera sua expleret.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 699r-700r.*

Eminentissimo etc.,

Il Wikowski[1] che da tanto tempo in quà occupa le rendite dell'abbazia di Santa Croce ha introdotto col padre Mirecki[2] provisto apostolico della predetta abbazia un trattato di aggiustamento in vigore di cui ricevendo questi una prepositura dipendente dal monasterio, e riserbandosi con le prerogative abbaziali una piccola pensione di 150. talleri l'anno, e 'l titolo di coadiutore con la futura successione pretende rassegnar i proprii dritti nelle mani di N.S. a favore dell'accennato Wikowski. Perche finora, secondo mi disse giorni sono il Mirecki non si è ultimata cos'alcuna, non posso dare a V.E. sicura notizia del successo che per altro supporei [699v] proficuo alla quiete del ministro apostolico in queste parti, quando non v'ostasse e la disobbedienza del Wikowski nel non haver esequiete le sentenze de' tribunali di Roma, e la voce altre volte sparsasi quasi fusse complice delle battiture date al Chierico, che gl'intimò le censure per parte della nunziatura apostolica. Sotto mettendosi però il Wikowski presentemente a far giudicar la causa di simili battiture su le informazioni prese fin dal tempo di Monsig. Santa Croce con obbligo di stare a quanto verrà giudicato, et offrendo di deporre l'abbazia nelle mani di Sua Santità chiedendone nuova provigione, e supplicando per tutte le assoluzioni ne[700r]cessarie non meno per i frutti della medesima che per la giurisdizione usurpata non oso d'oppormi alle sue istanze, tanto piu che intendo essere stato da' nobili quasi costretto il Sig. cardinale primate ad appoggiarle appresso la Santità di N.S. È certo che trovandosi la Repubblica nelle mani de' particolari i quali piu pensano a i proprii vantaggi, che al publico decoro, non spero di riuscir grato durante l'interregno alla nazione, e forse non potrò utilmente servire la santa Sede se non ottengo alle volte la facoltà di acquietare almeno in parte le richieste de' privati; Et a V.E. per fine etc.

Di V.E. [a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

---

[1] Wyhowski, abbas commendatarius in Sancta Cruce.

[2] Mirecki in Sancta Cruce nominatus.

N. 315

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de rebus Polonicis: terras finibus occidentalibus proximas a Tartaris populatas esse, bellum a confoederatis in Lithuania gestum maiore vi exardescere.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 705r-705v.*

Foglietto.

Si sono ritirati i Tartari del Regno dopo haver devastata la Volhinia[1] e la Russia[2], e con minaccie di voler ritornar a' primi ghiacci in maggior numero per inoltrarsi fino a questa capitale. Il danno che fù loro inferito dall'armata ribelle, benche maggior dello scritto, è però di molto inferiore alli svantaggi, che la medesima havrebbe potuto ritrarre dalla stanchezza de' Tartari se fosse stata condotta da capi di maggior credito, et esperienza. Diedero i Polacchi sù la retroguardia degli infedeli, et havendola posta dopo lieve contrasto in vergognosa fuga ne fecero schiavi circa dugento, ricuperando ancora qualche parte del bottino fatto da loro, e l'hevrebbero ripreso tutto se con maggior risoluzione si fussero avanzati verso il corpo di battaglia doppo la rotta della retroguardia. La medesima armata ribelle si dichiara non volersi rimetter all'obbedienza della Repubblica prima dell'elezione del nuovo Rè onde chiaramente apparisce non essere stata originata la sedizione dal semplice pretesto del mancamento delle paghe che non ha relazione veruna [705v] col re da farsi. Quella di Lituania s'era restituita a Bressici[3] ove era stata investita dalle truppe rimaste all'obbedienza del gran generale[4], e perche le medesime occupano tutt'i passi, et impediscono il trasporto de' viveri si trova per quanto viene scritto cosi angustiata che molti credono non sia per resister agli inviti fattile di restituirsi all'obbedienza del suo generale.

S'era portato con alcuni mille huomini il figlio del gran generale detto lo stolnik di Lituania nella Samogizia, et havendo mandata una compagnia di soldati nelle terre del palatinato di Vitepsco[5] della casa Crispini erano stati tutti li soldati tagliati a pezzi la stessa prima notte del loro arrivo con la

---

[1] Volinia (Wołyń).
[2] Russia.
[3] Palatinatus Brestensis.
[4] Casimirus Sapieha.
[5] Palatinatus Vitebscensis.

prigionia degli officiali, il che piu apertamente si vede nella relazione annessa di Samogizia. La regina vedova ha scritto al sudetto palatino di Vitebsco dolendosi dell'ingiuria le vien fatta di supporla conscia de' di lui andamenti non ostante la poca corrispondenza stata fra loro dopo che riuscirono vani i tentativi fatti dalla Maestà Sua l'anno passato per compor le differenze della Lituania.

N. 316

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de bello a confoederatis in Lithuania gesto, de principe Conti thronum petente eiusque fautoribus deque conatibus pacis in Lithuania faciendae.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 99r-100v.*

Di Varsavia da M. N.o 13 Nov.re 1696.

Deciframeno a 6 Dicembre.

L'ambasciatore di Francia[1] non lascia intentata diligenza veruna per conciliar' aura, et affetto al principe di Conty[2]; ma pare che già comincino a raffreddarsi quegli stessi che da principio s'erano mostrati più fervorosi per il di lui partito. Ultimamente offrì a commissarii deputati, per acquietare l'armata di Polonia, la somma di ottanta mila scudi da impiegarsi in estinzione del debito della Republica e coll'esercito di Lituania tratta acciòche non s'accordi con li Sapìa se questi prima non acconsentono all'elezione del principe di Conty: Ma nell'uno, e nell'altro luogo trova poca disposizione ad essere ascoltato. Minore [99v] ne incontra la regina[3] a far gradire le proteste, che fù di non haver parte nella rivoluzione di Lituania, la quale non succede con quella felicità che s'era figurata de gli emoli della casa Sapìa, onde i Crispini stessi progettano di limitar al fin di dicembre la prossima dieta di Samogizia, ad effetto di cercar frà tanto temperamenti da contenar ambedue le parti. Si ristringono le pretensioni de gli accennati Crispini à liberar la Chiesa di Samogizia dall'oppressione de' Soldati; Alla restituzione del loro onore offesso con la sentenza data nel tribunale di Lituania, quasi non siano

---

[1] M. de Polignac.

[2] Princeps de Conti, candidatus throni Polonici.

[3] Maria Casimira regina.

di Schiatta Nobile; Onde il tesoriero Sapìa[4] pensa portarsi da Grodno in Samogizia per conferir con loro e contentarli avanti vengano [100r] nuovi sussidii della regina, e ad effetto di renderlo più facile a tal risoluzione, gli comunicai ieri con un'espresso la lettera del Szaniavski[5] Cancelliere di Vilna, e gli rappresentai il merito, che questo si conciliava col publico, adoprandosi con tanto frutto à procurar la pace della provincia che non mancarà d'influire nella tranquillità dell'elezione. Si comincia presentemente à discorrere del tesoriero della Corona ch'è quel principe Lubomiski[6], il quale dopo essere stato professo dell'ordine di Malta, sposò la sorella di quell' abbate Bochum[7], che si trova in Italia per publicarvi à nome della Repubblica di Polonia la morte del re Giovanni. Tra queste mutazioni il principe Giacomo perde ogni giorno qualche uno de suoi [100v] aderenti, e per lo contrario se ne acquistarebbero molti al partito dell'elettore duca di Baviera[8] se il Sig. abbate Scarlatti[9] non si dichiarasse di non haver ordini precisi di chieder la Corona, la quale però non si rifiutarebbe da S.Al. in caso di elezione.

N. 317

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 13 XI 1696

Docet de rebus Lithuanis: exercitum Suecicum et Brandenburgensem appropinquare et imminere, in Sapieharum exercitu multos in sacris dissidentes stipendia mereri.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 104r-105r.*

Di Varsavia dal Monsig. Nun.o 13 novembre 1696.

Deciframento a 7 Gennaio 1697.

Se non s'ottiene qualche buon effetto dal benignissimo breve di Nostro Sig. hora che i Signori Sapìa sí trovan' obligati al cancelliero di Monsig. vescovo di Vilna, e devono apprendere qualche nuovo moto della Lituania dalla parte del castellano di Vilna[1]; non saprei, qual congiuntura abbracciare

---

[4] Benedictus Sapieha, aerarii praefectus magnus Lithuanus.

[5] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.

[6] Hieronymus Augustinus Lubomirski, aerarii praefectus magnus Regni.

[7] Canonicus Bokum, legatus Polonorum, cuius munus erat Romam ire et Ioannis III Sobieski mortem nuntiare.

[8] Maximilianus II Emmanuel, elector Bavaricus.

[9] V. N. 119.

[1] Iosephus Boguslaus Słuszka.

per indurli a sentimenti ragionevoli. Parmi, che fin' hora habbian' havuto maggior successo con essi le rimostranze affettuose; mà pure non si è ottenuto molto, e resta ancora dubioso non solo l'esito della concordia, mà ancora lo stato: Il che Iddio non voglia, della provincia, se per sorte riassumono il ricorso alla Repubblica. [104v] Dispongono questi Sig.ri di un Corpo di dodici mila soldati, fra' quali vi sono Tartari, Protestanti e Scismatici, e quel, che è peggio, il re di Svezia[2] da una parte, e l'elettore di Brandemburgo dall'altra, sollecitano i Sapià a seperarsi colla Lituania dal Regno, per inghiottirsela poi con minor fatiga frà loro.

Questo Sig.r inviato cesareo crede d'havere scoperti i fini politici di quelle due corti, e teme che a misura, che lo Svedese fosse per avanzarsi in Samogizia, l'altro si dilaterà nella Prussia, per cader poi unitamente sopra la Lituania. Piaccia à Dio, che siano vani i sospetti del Sig. inviato sudetto e degnisi la M. Divina concedermi la fortuna di veder [105r] terminati, secondo le giustissime risoluzioni di N. Sig., que' dissapori frà il clero, e li militari, che sono stati fin' hora la pietra dello scandalo per tutti gli affari spettanti alla guerra sagra, et alla buona armonia di questo regno.

N. 318

Card. Fabricius Spada ad Ioannem Antonium Davia

[Romae] 17 XI 1696

Docet nuntium, quid sentiat Sedes Apostolica de pactione inter Sapiehas et Kryszpinos facta quantaque sit cura Ecclesiae Lithuanae.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 48r-48v.*

A 17. novembre 1696.

A Monsig. nunzio in Polonia.

Per il medesimo rispetto, per cui la regina non si mostra contenta della Concordia trattata con i Sig.i Sapìa, dovrebbero questi progettarne [48v] altra più propria, e convenevole giache la medesima, né pur qui riporta l'intera approvazione. Con tutto ciò rimirando Nostro Signore con distinzione molto precisa la casa Sapìa, già si benemerita della Santa Sede, è contento d'insinuare à gli stessi Sig.i il doversi accomodar' a quanto si esprime nel foglio annesso, ch'è si compatibile col giusto: Dispiacendo infinitamente a Sua Beatudine per altro, che da alcuni sotto pretesto di recar provedimento ai gravii

[2] Carolus XI.

pregiudizii, che s'inferiscono all'immunità et autorità Ecclesiastica in Lituania, si facciano insorgere ribellioni, et ammutinamenti degli eserciti in quel gran Ducato contro la quiete publica, per vendicarli; riuscendo questi rimedii assai peggiori del male stesso. E però le parti di V.S.I. dovranno essere d'adoperarsi al possibile onde non solo si accetti conforme stà mà anche vegga di migliorarsi di vantaggio potendosi l'accennato progetto, e si tolgan le cagioni di torbidi maggiori.

N. 319

Ioannes Antonius Davia ad clericum Kaszucki

[Varsaviae 19 XI 1696]

Dispensatio ad ordines sacros suscipiendos clerico Kaszucki ob necessitatem ecclesiae Zbucinensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

Die 19. [Novembris] similiter ad eosdem concessa reverendo Kaszucki clerico dioecesis Cracoviensis, ob necessitatem ecclesiae parochialis Zbuczynensis[1].

N. 320

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 XI 1696

Notum facit litteras die 27 X datas sibi redditas esse. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 708r.*

Eminentissimo etc.,

All'onore dell' riveritissimo dispaccio di V.E. capitatomi in data de' 27. passato procuro di corrispondere con atti di singolar ossequio, e non minor

---

[1] Zbuczyn.

venerazione, a quali mentre debolmente gli esprimo negli annessi fogli auguro la continuazione del benefico suo patrocinio, et a V.E. per fine m'inchino profondissim.e.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

N. 321

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 XI 1696

Docet de controversiis circa episcopum Chelmensem creandum.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 710r-711r.*

Eminentissimo etc.,

Essendo seguita la morte di Monsig. vescovo di Chelma[1] cessano, a mio credere, i motovi che havevano di dolersi di lui il gran generale del Regno[2] e il Canonico Laski, e per conseguenza resta sicuro il grado Episcopale dagli attentati minacciatigli dall'ordine equestre allorche dopo sciolta la convocazione fece inserire nella confederazione del Regno l'articolo in virtù di cui pretendeva riserbarsi al tempo dell'elezione la decision delle querele mosse da' laici contro la persona d'un vescovo. Resta presentemente l'altra pendenza del gran generale di Lituania[3] co' vescovi di Vilna[4], e di Samogizia[5], la quale quando si termini con l'accordo provisionale, che fu progettato le settimane pas[710v]sate rispetto a Vilna, e che si va trattando quant'a Samogizia, frastornarà tutt'i perniciosi dissegni di que' mal intenzionati, che volevano prevalersi delle correnti emergenze per opprimere durante la dieta dell'elezione la libertà e forse la professione stessa degli Ecclesiastici. Si trovano i medesimi così diminuiti di numero, di potenza, et alcuni ancora di stima nella Repubblica che deve apprendersi qualunque pregiudizio da un

---

[1] Stanislaus Święcicki.
[2] Stanislaus Lubomirski.
[3] Casimirus Sapieha.
[4] Constantinus C. Brzostowski.
[5] Ioannes Hieronymus Kryszpin.

numero immenso di nobiltà in parte infetta d'eresia, e per il restante poco erudita e men disciplinata, se prima del tempo dell'adunanza non s'impiega ogni premura per togliere a gli eretici vicini, et a quelli di Polonia co' pretesti delle dissensioni vertenti fra [711r] gli Ecclesiastici e laici i mezi d'intorbidar non meno la quiete del Regno, che lo stato della nostra Santa Religione. Quanto però m'adopro per render vane simili apprensioni altrettanto sommessamente imploro dalla generosità di V.E. e le direzioni opportune per condurmi fra tante difficoltà, e 'l necessario compatimento a tutto ciò andarò operando in adempimento della mia ossequiosissima obbedienza, Et a V.E. frattanto etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a-a] *autographum*

N. 322

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 XI 1696

Docet de colloquiis cum summis in Ecclesia viris de episcopatu Culmensi et Chelmensi habitis deque terris septentrionalibus civitatis rege orbae.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 712r-713r.*

Eminentissimo etc.,

Essendomi portato in questi giorni a riverire Monsig. vescovo di Plosco[1] nella Sua Residenza di Pultosco[2], hò inteso da Sua Sig.ria Ill.ma che il Sig. cardinale d'Arguayn[3] solleciti gli stati di Prussia a supplicare durante l'interregno la Santità di N.S. accioche voglia conferire all'E.S. il vescovato di Chelma[4]. Benche m'imagini che le istanze del Sig. cardinale non siano per esser ammesse dalla nobiltà di Prussia[5], che pretende debbano provedersi agli originarii li vescovati della provincia, ad ognimodo potendo l'autorità

---

[1] Ioannes Chrysostomus Załuski, epus Plocensis.
[2] Pultovia (Pułtusk).
[3] Cardinalis d'Arquien.
[4] Episcopatus Culmensis.
[5] Prussia Regalis.

della regina ottener dalla Prussia qualche dichiarazione vantaggiosa al Cardinal Suo padre[6], hò creduto mio debito il farne [712v] precorrer questa riv.a notizia a V.E. per ovviare a tutti quegl'inconvenienti, che potessero nascere da una grazia la quale sarebbe singolare nel Regno di Polonia. Perche molti concorreranno al predetto vescovato di Chelma, s'opporranno essi a qualunque risoluzione di cotesta corte valendosi dell'impressione già fatta durante la vita del re negli animi di molti; che la Santità di N.S. pensi a privar il re di Polonia dell'indulto di nominar a' vescovati dopo superati che saranno gli ostacoli, che s'incontrano in istabilire la libertà dell'elezione dell'abbazie.

Con tal maligna interpretazione havendo finora i Polacchi reso sospetto il zelo santissimo di N.S. lascio alle pru[713r]denti considerazioni di V.E. il giudicare se convenga esporre l'autorità della Santa Sede alle detrazioni et intenzioni di quelli, che s'interessaranno nella nomina del vescovato di Culma[7], particolarmente nel tempo dell'elezione, in cui piu che in qualunque altra congiuntura sembra necessaria una buona corrispondenza tra la sede Apostolica, e il Regno di Polonia, e qui umiliando le mie rifflessioni a quanto vorrà prescrivermi l'E. V., alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a–a] *autographum*

N. 323

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 XI 1696

Docet primatem Radziejowski et Mariam Casimiram reginam tempore electionis Varsaviam reliquisse. Tractat de electoris Bavarici decreto deque colloquiis cum confoederatis habitis.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 714r-714v.*

Foglietto.

Partì dominica scorsa da questa Residenza il Sig. cardinal primate[1] per andar a prender nel Suo castello di Radzieiowicz[2] qualche rilassamento dalle

---

[6] Cardinalis d'Arquien.

[7] Episcopatus Chelmensis.

[1] Michael Radziejowski.

[2] Villa Radioviensis (Radziejowice), sedes gentilis cardinalis Radziejowski.

fatiche sofferte per il corso di quattro mesi tanto rispetto agli affari publici del Regno quanto per le pendenze particolari della casa reale essendosi fatta la divisione di tutt'i Nobili fra il principe Giacomo et i commissarii de' due principi suoi fratelli[3] con l'assitenza continua della E. S. Anche la Maestà della regina vedova si è ritirata dal castello alle Monache Scalze, ove pensa trattenersi alcuni giorni in atti diversi di pietà, e divozione per restituirsi poi a negozii urgentissimi della sua persona, e casa nell'emergenze correnti dell'Interregno. Pare che la Maestà Sua habbia molto risentita la risoluzione presasi del Sig. elettore di Baviera[4] di non voler ammetter in Fiandra i principi suoi figliuoli col motivo, che dovendo essi passar dopo a Parigi potrebbero concepirne troppo gravi sospetti i Generali, e ministri de' principi confederati, che si trovano in quelle vicinanze. [714v] Il trattato che s'era introdotto d'ordine publico de' commissarii del Regno co' deputati dell'armata confederata di Polonia è stato rotto senza speranza alcuna di aggiustamento perche i confederati non volevano riconoscere per commissarii i due generali della Corona[5], e perche s'erano dichiarati, che quand'anche fussero stati sodisfatti de' loro stipendii non per questo havrebbero sciolta la loro confederazione, che pretendono debba durare fin al tempo dell'elezione. Gli altri confederati di Lituania si sostentano in Bressici[6] con tal vigore che havendo rigettati diversi attacchi delle genti comandate dal figliuolo del gran generale di quel Ducato[7] detto lo Strasnik di Lituania[8], onde il padre vedendo in fruttuosa la sua permanenza in quelle parti s'era appigliato al partito di restituirsi a Vilna[9], lasciando un corpo di truppe ad osservare gli andamenti de confederati predetti.

N. 324

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 20 XI 1696

Docet Iacobum throni candidatum a Maria Casimira regina adiutum iri, cum nulla sit spes, ut Alexander rex fiat.

---

[3] Constantinus et Alexander Sobiescii.

[4] Maximilianus II Emmanuel, elector Bavaricus, maritus Theresiae Cunegundis de Sobiesciis.

[5] Hetmanus magnus et campestris Regni Stanislaus Jabłonowski et Felix Szczęsny Potocki.

[6] Brestia (Brześć).

[7] Casimirus Sapieha.

[8] Georgius Stanislaus Sapieha.

[9] Wilno.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 102r.*

Di Varsavia dal Mons. nunzio 20 Nov.re 1696.

Deciframento a 16 Dicembre.

La regina vedova presentemente è portata ad assistere il principe Giacomo suo figliuolo nel caso dell'elezione del Rè, perche riconoscendo impossibile l'avanzar al trono il principe Alesandro suo secondogenito, e non vedendo, che l'elettore di Baviera faccia alcun passo per la Corona, teme che la medesima sia per cader fuori della Sua Famiglia. Quando veramente la regina voglia applicarsi a favore del principe Giacomo resterà egli superiore al principe di Conty, li cui Amici non sono più si ferventi, come prima poiche il danaro non viene con quella prontezza né in quella copia, che da principio di sperava.

N. 325

Ioannes Antonius Davia ad Ignatium Iacobum

[Varsaviae 20 XI 1696]

Dispensatio ad ordines sacros suscipiendos Ignatio Iacobo ob necessitatem ecclesiae Obcycensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v*

Die 20. [Novembris] similiter ad eosdem concessa reverendo Ignatio Iacobi sanctae theologiae doctori, ob necessitatem ecclesiae parochialis Obczycensis[1].

N. 326

Ioannes Antonius Davia ad card. Michaelem Radziejowski

[Varsaviae 20 XI 1696]

Potestatem cardinali dat, ut Adamum Mielecki et Mariannam Bąkowska dispenset ab impedimento ad matrimonium contrahendum (impedimentum fuit hoc: Adamus filiae Mariannae patrinus in baptismo erat).

---

[1] Obczyn (Obczyce).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v.*

Eadem die [20 Novembris] commissio directa eminentissimo et reverendissimo domino Michaeli sacrae Romanae Ecclesiae cardinali Radzieiowski archiepiscopo Gnesnensi primati, primogenito principi Regni Poloniae seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali ad dispensandum cum generosis Adamo Mielęcki laico et Marianna Bąkowska muliere, archidioecesis Gnesnensis, super impedimento ad contrahendum matrimonium cognationis spiritualis, exinde provenientiis, quod dictus Adamus filiam praedictae Mariannae ex sacro fonte susceperit.

N. 327

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Grodnae 23 XI 1696

Copia pactionis, quam nuntio Ioanne A. Davia intercedente Casimirus Ioannes Sapieha hetmanus magnus Lithuanus et palatinus Vilnensis eiusque frater Benedictus Paulus aerarii praefectus Lithuanus cum Ioanne Kryszpin epo Samogitiensi eiusque fratre Andrea palatino Vitebscensi fecerunt.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 744r-745v.*

Puncta complanationis per auctoritatem Sedis Apostolicae, interveniente mediatione excell[entissi]mi ac r[evere]ndissimi d[omi]ni Ioannis de Via archiepiscopi Thebarum nuntii apostolici, ad praesens in Regno Poloniae commorantis, inter ill[ustrissi]mos d[omi]nos Casimirum Ioannem palatinum Vilnensem[1] supremum exercitus generalem, Benedictum Paulum supremum thesaurarium Magni Ducatus Lithuaniae[2] Sapiehas, et ill[ustrissi]mos d[omi]nos Ioannem episcopum Samogitiae[3], Andream palatinum Vitebscensem Kryszpinos[4], in anno praesenti millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, mensis Novembris, die vigesima tertia conclusa Grodnae.

Quandoquidem generosus dominus Narkiewicz incola Ducatus Samogitiae adversus honorem avitae domus ill[ustrissi]morum d[omi]norum Kŕyszpinorum iniuriose insurrexit, ideo ill[ustrissi]mi d[omi]ni Sapiehae pro veteri amicitia et propensione erga domum ill[ustrissi]morum Kryszpinorum, auctoritate et

[1] Casimirus Ioannes Sapieha, palatinus Vilnensis et hetmanus magnus Lithuanus.
[2] Benedictus Sapieha, aerarii praefectus magnus Lithuanus.
[3] Ioannes Kryszpin epus Samogitiensis.
[4] Andreas Kryszpin, palatinus Vitebscensis.

studio suo declarant se generosum d[omi]num Narkiewicz ad praestandam efficacem, omni meliori modo, laeso honori ill[ustrissi]morum Kryszpinorum satisfactionem, uti eximiorum et magnorum in hac Republica civium, in comitiolis Ducatus Samogitiae immediate anno praesenti subsequentibus inducturos, in ipsisque comitiolis per laudum generale, hoc est constitutionem provincialem Ducatus Samogitiae, integritatem honoris ill[ustrissi]morum Kryszpinorum constabilituros. In similem fidem ill[ustrissi]mi d[omi]ni Sapiehae non tantum eliminationem, annihilationem et cassationem quorumvis actuum laetificorum, quicumque in praeiudicium ill[ustrissimo]rum d[omi]norum Kryszpinorum iuridice attentati fuere, verum etiam omnes alios modos, quicumque tantum possint esse practicabiles ad indemnitatem ill[ustrissimo]rum Kryszpinorum amplexuros et illos ad exsecutionem se deducturos spondent.

Bona ecclesiastica, episcopalia, capitularia et plebanalia dioecesis Samogitiensis, ex quo desolata in pari ill[ustrissi]mi d[omi]ni supremi generalis respectu et defensione, cum bonis dioecesis Vilnensis erunt et pariter in consistentiis, ac etiam in hibernis ad interpositionem ill[ustrissi]mi d[omi]ni nuntii alleviabuntur, [744v] praefecturam Punscensem Lesnictwo nuncupatam ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino Vitebscensi per seren[issi]mum regem collatam, extunc in possessionem ill[ustrissi]mus supremus thesaurarius tradit, salva actione reservata tam generosae d[omi]nae Pusłowska quam ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino, in praetensionibus eorundem.

Ad firmandam possessionem palatinatus Vitebscensis informatorias litteras ex cancellaria ill[ustrissi]mus d[omi]nus thesaurarius extradit in instanti.

Bona nuncupata Popowice in palatinatu Płocensi sita, quae hucusque mag[nifi]cus d[omi]nus Zienowicz succamerarius Połocensis detinet, interponent ill[ustrissi]mi d[omi]ni Sapiehae mediationem suam, ut ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino Vitebscensi restituantur.

Praetensio ill[ustrissi]morum d[omi]norum Kryszpinorum ad bona Hrynki dicta, ad deponendam minorennitatem excell[entissi]morum ducum Szanguszkonum differtur.

Pensiones ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino Vitebscensi a Republica debitas, tam intuitu pensionis pro notariatu campestri quam etiam militum in exercitu sustentatorum, declarat ill[ustrissi]mus d[omi]nus thesaurarius ex laudis et contributionibus, Deo dante, futuris se exsoluturum, simul ac exercitui solventur stipendia.

Ratione legionis, vulgo squadron nuncupatae, abrogatae, externae militiae ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino Vitebscensi declarat ill[ustrissi]mus d[omi]nus thesaurarius instare apud ill[ustrissi]mum d[omi]num generalem, ut illi recompensetur.

Cohortem loricati militis ill[ustrissi]mi d[omi]ni palatini Vitebscensis in pristino respectu conservabit et debite accommodabit ill[ustrissi]mus d[omi]nus palatinus Vilnensis, assignatam in instanti consistentia.

Ratione restitutionis bonorum Ostępy ad capitaneatum Szereszeviensem favente Deo, in comitiis electionis futuris promotionem suam ill[ustrissi]mi d[omi]ni Sapiehae declarant.

Capitaneatus Szereszeviensis, praefectura Punscensis et oeconomia Vitebscensis, intuitu enormis desolationis in defensione et respectu ill[ustrissi]mi d[omi]ni palatini Vilnensis erunt.

Magnificus d[omi]nus Zaranek vexillifer Ducatus Samogitiae, ut pacifice circa suum officium conservetur, interponent suam auctoritatem ill[ustrissi]mi d[omi]ni Sapieha.

Eidem mag[nifi]co d[omi]no Zaranek pro restitutione bonorum Kupicka [745r] dictorum post defunctam sororem germanam ad se pertinentium, praevia verificatione iurium receptorum, pariter informatorias litteras supra villas Gimbagoła et Bobrucia, ac super domum Rosienis, itidem post defunctum d[omi]num Przystanowski ill[ustrissi]mus d[omi]nus thesaurarius exnunc extradendas declarat.

De amicis utraeque partes sibi assistentibus ad invicem vindictam non sunt sumpturae, immo omnem amicitiam et favorem testari obligantur, conservando illos circa dignitates et officia, quos studio suo ad eadem promoverunt. Ill[ustrissi]mi d[omi]ni Kryszpini vicissim ex parte sua, prout ab antiquo in amicitia cum ill[ustrissi]mis Sapiehis vixerunt, debitum honorem et observantiam testabantur, ita abhinc sublimi nomini ill[ustrissi]morum Sapieharum qua publice qua privatim testaturos se declarant, securi exsistendo de reciproca ill[ustrissi]morum Sapieharum amicitia et observantia. Intuitu cuius in concurrentia ad capitaneatum Samogitiensem magnificum d[omi]num dapiferum Magni Ducatus Lithuaniae non tantum ipsimet ill[ustrissi]mi Kryszpini non impedient, sed omnibus etiam viribus amicos suos ad idem studium se tracturos spondent. Cum magnifico d[omi]no dapifero Magni Ducatus Lithuaniae, cum d[omi]no mareschalco Vilkomiriensi, cum d[omi]nis Beleviciis, cum d[omi]no Odakowski et aliis personis, in processu specificatis ratione publicatarum excommunicationum, pastoralem reconciliationem ill[ustrissi]mus d[omi]nus episcopus Samogitiensis faciet, dato mandato per processum publicum ad acta, in hac materia emanata, ad cancellariam suam comportanda, quae in posterum ad manus ill[ustrissi]mi d[omi]ni nuntii consignabit. Directionem in comitiolis Ducatus Samogitiae non praetendet sibi deberi, quasi de iure sed libero arbitrio, et electioni magnificorum d[omi]norum incolarum eius ducatus relinquet ill[ustrissi]mus d[omi]nus episcopus Samogitiae. Et sicut ill[ustrissi]mi abutrinque amicitiam in posterum mutuam sibi testabuntur, ita communi consensu in consiliis, in comitiis et comitiolis unitim tendere ad conservationem boni publici, specialiter ad defendendam liberam electionem, in qua cardo libertatis consistit, obligantur. Finaliter ill[ustrissi]mus palatinus Vitebscensis confoederationi, quam propter amorem publicae tranquillitatis non probat, et his, qui [745v] huius

confoederationis sunt auctores, fautores et complices, in perpetuum renuntiat, imo adversus eandem confoederationem, uti in convulsionem liberae electionis efformatam, cum ill[ustrissi]mo d[omi]no palatino Vilnensi et ill[ustrissi]mo d[omi]no thesaurario Magni Ducatus Lithuaniae et integro Ducatu Lithuaniae consilio, auxilio et milite concurrere declarat vi obligationis senatoriae.

Quorum omnium in vadium utraque pars assumit sibi auctoritatem Sedis Apostolicae per interpositionem ill[ustrissi]mi d[omi]ni nuntii, quod haec abutrinque constanter tenenda sunt.

[sub textu in sinistra] Haec puncta nomine meo et ill[ustrissi]mi d[omi]ni palatini Vilnensis fratris mei, a quo specialem habeo facultatem ad hanc concordiam, subscribo

Benedictus Sapieha thesaurarius Magni Ducatus Lithuaniae.

[sub textu in dextra] Haec puncta, sicut ab ill[ustrissi]mo d[omi]no nuntio, ita et ab ill[ustrissi]mis d[omi]nis Kryszpinis plenipotentiarius deputatus subscribo

Reverendus Constantinus Szaniawski canonicus et cancellarius Vilnensis.

N. 328

Card. Fabricius Spada ad Ioannem Antonium Davia

[Romae] 24 XI 1696

Docet Romae sperari in Lithuania discordias civiles mox placatum iri. Qua in re id agi, ut privilegia et auctoritas Ecclesiae serventur.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 48v-49v.*

A 24 novembre 1696.

A Monsig. nunzio in Polonia.

Già dalle mie antecedenti lettere havrà V.S.I. potuto ben comprendere, quanto siasi amareggiato il paterno zelantissimo animo di N.S.re, in sentir le discordie civili, che sotto pretesto di sostenere, e difendere l'Immunità Ecclesiastica, e l'autorità della Chiesa, sono state artificiosamente suscitate come l'è noto. Ond'è, che la S.tà Sua con impaziente desiderio stà attendendo di sentire, che siasi abbracciato il progetto, che in foglio a parte le fù trasmesso, e che insieme possa seguir pur il simile dell'altra discordia, per cui il cancellier di Vilna si è incaminato verso la Samogizia, per veder di riunir' anche quel vescovo colla casa Sapìa, e togliere ogni pretesto di turbulenza civile in quel gran Ducato. V.S.I. si contenti pur d'invigilarvi, e di cooperarvi insieme per quanto possa con dar poi qua di ciò, che anderà succedendo [49v] ogni più distinta relazione in tal proposito.

N. 329

Ioannes Antonius Davia ad officialem Gedanensem

Varsaviae 26 XI 1696

Potestatem dat officiali, ut dispenset Martinum et Elisabetham super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum, cum id impedimentum ignorantes iam sponsalia celebravissent.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 23v-24r.*

Commissio ad dispensandum super impedimento tertii consanguinitatis gradus ad contrahendum matrimonium. [24r]

Ioannes Antonius. Dilecto nobis in Christo perillustri et admodum reverendo [24r] reverendo domino officiali Gedanensi[1] et per Pomeraniam generali seu ipsius surrogato salutem. Petitio pro parte dilectorum in Christo Martini et Elisabethae Elert, Pomeranorum nobis exhibita continebat, qualiter ipsi nescientes de impedimento tertii consanguinitatis gradus, sponsalia de futuro secum contraxerunt, cum autem ad nuptias procedere vellent, detectum fuit huiusmodi impedimentum. Ad nos idcirco recursum fecerunt et humiliter supplicaverunt, ut secum de benignitate apostolica dispensare dignaremur.

Nos eorundem supplicationibus benigne inclinati ipsosque imprimis a quibusvis excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris absolventes et absolutum fore censentes, Discretioni Vestrae per praesentes committimus, quatenus de et super praemissis se diligenter informet et, si per informationem eandem narrata, ut supra, veritate niti repererit, super quo conscientiam Dominationis Vestrae oneramus, constito de paupertate supplicantium, propter quam nec Romam recurrere, nec expensas necessarias facere possint, quodque sint catholicae fidei cultores, et dummodo mulier rapta non fuerit vel, si rapta fuerit, in potestate raptoris non exsistat, et illis aliud canonicum non obstet impedimentum, ut non obstante dicto tertii consanguinitatis gradus impedimento, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesiae solemnizare, et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, auctoritate apostolica, qua vigore facultatum a sancta congregatione Sancti Officii nobis ad nostrae legationis tempus indultarum, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet = [id est] 3. dispensandi in tertio et quarto simplici et mixto tantum cum pauperibus in contrahendis et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam = [id est] gratis omnino

---

[1] Gedania (Gdańsk).

dispenset. Nos obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae in palatio nostro ap[osto]lico die 26. Novembris 1696.

I[oannes] A[antonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 330

Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Niżyński

[Varsaviae 26 XI 1696]

Dispensatio ad ordines sacros suscipiendos Ioanni Niżyński ob necessitatem ecclesiae Pysnicensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24r.*

Eadem die [26 Novembris] dispensatio extra tempora ad presbyteratum concessa reverendo Ioanni Niżynski, ob necessitatem ecclesiae parochialis in Pysznica[1].

N. 331

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet nuntium properum sibi redditum esse. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 716r.*

Eminentissimo etc.,

Benche non m'obblighi a positiva replica il benignissimo dispaccio di V.E. capitatomi ieri in data de' 13. cadente esigge nondimeno atti di sommissione, e d'obbedienza per le grazie, che me ne derivano. Agli uni ed

---

[1] Pysznica.

agli altri procurò di sodisfare co gli aggiunti fogli, a' quali mentre imploro il solito generoso gradimento di V.E. alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

N. 332

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet canonico Szaniawski munus datum esse, ut Sapiehas et Kryszpinos in gratiam reduceret.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 103r-103v.*

Di Varsavia da M. N.o 27 Nov.re 1696.

Deciframento a 21 Dicembre.

Li Ribelli di Lituania, che publicavano havere preso l'armi per la libertà della Chiesa, hanno ultimamente brugiata quella delle monache di Santa Chiara di Bressici, che posta ne' borghi della città faceva loro apprendere da quella parte, attaco delle Genti del gran generale. Intanto però s'è introdotto trattato d'aggiustamento frà le Parti, et il Canonico Szaniauski[1], che doveva attender il gran tesoriero[2] di Lituania in Samogizia, si è portato esso medesimo a Grodno con la plenipotenza de' Crispini, per trattar ivi la pace. La regina stessa, et il Sig.r cardinale primate, apprendendo ora, che con la rovina della casa Sapìa troppo s'inalzi quella de' Lubomischi in Polonia, concorrono per quanto possono, a levar i dissidii, e fare deporre quelle armi, che essi hanno fatte prendere, per sodisfare alla [103v] propria passione. Con tal mutazione nondimeno difficilmente potrà la regina togliere l'impressione fatta nel Regno, ch'essa habbia procurata la rivoluzione della Lituania; Onde se bene può sperar qualche riposo quando resti quel fuoco – estinto, deve però sempre temer i rimproveri della nazione in qualsivoglia congiuntura sia per offrirsi alla nobiltà di palesar i proprii sentimenti.

---

[1] Constantinus Szaniawski, cancellarius Vilnensis.

[2] Benedictus Sapieha.

N. 333

Ioannes Antonius Davia ad Stanislaum Wyłuszczkiewicz

[Varsaviae 27 XI 1696]

Dispensatio ad diaconatum et presbyteratum Stanislao Wyłuszczkiewicz ob necessitatem ecclesiae Kusloviensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24r.*

Die 27 [Novembris] ad diaconatum et presbyteratum similis dispensatio concessa reverendo Stanislao Wyłuszczkiewicz, ob necessitatem ecclesiae Kuszloviensis[1].

N. 334

Adnotatio lituraria in Secretariatu Status scripta

[XI 1696]

Traditur cardinali epistula nuntii Davia, qua canonicum Suszyski ad archidiaconatum Varsaviensem post mortem Stanislai Święcicki epi Chelmensis vacuum commendat.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 717r.*

Al Sig. cardinale Prodatario 21 Dicembre 1696.

Si manda al S. Cardinale prodatario l'annessa lettera di Monsignore Nunzio in Polonia, in cui si parla al favore del Canonico Suszyski, che aspira all'archidiaconato di Varsavia vacato per morte di Mons. vescovo di Chelma.

N. 335

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Festo Nativitatis Christi adventante omnia bona optat atque reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

---

[1] Kuszlów.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 718r-718v.

Eminentissimo etc.,

Que' noti che porgo incessantemente in tutto il corso dell'anno a Sua Divina Maestà per la prospera, e lunga conservazione della Santità di N.S. raddoppio ora nella congiuntura del Santo Natale, e per accordarmi a' sentimenti della Cristianità tutta, che non puole abbastanza celebrar le glorie d'un santo Pontefice, e perche rinovandosi in questo tempo le memorie della Divina misericordia spero di veder piu facilmente esaudite le mie fervorose preghiere. Comprendendo ancora dal ministero, a cui mi trovo promosso dall'eroica clemenza di Sua Beatudine, quant'importi alla perfezione delle sue felicità la salute di V.E. che col di lei acclamato impiego tanto contribuisce agli encomij del Suo Pontificato stimarei di [718v] mancar al mio debito verso la Santità Sua se colla maggior efficacia delle mie suppliche non sollecitarsi la divina bontà a ricolmare V.E. di tutte le celesti benedizioni. Adempite dunque queste parti della mia infinita venerazione verso la Santità Sua, e V.E. la supplico onorarle del suo beneficio patrocinio affinche possino incontrare un benig.mo gradimento. E bramoso d'ottenere gli attestati ne' cenni riveritissimi di V.E. alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a]–Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe–[a]

[a–a] *autographum*

N. 336

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet se collocutum esse cum Benedictinis Lubinensibus, qui epo Chelmensi Stanislao Święcicki abbate mortuo de dignitatibus in abbatia vacuis tractaverunt. Tractatum est etiam de iuvene Rozrażewski (18 annos nato) dignitatis abbatialis candidato.

Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 720r-722r.

Eminentissimo etc.,

Sono capitati da me in questa settimana due padri Benedettini dell'abbazia

Lubinese con padre di quella communità, che mi ricercava d'assistenza, e di consiglio per ben regolarsi nella presente gravissima congiuntura della morte di Monsig. vescovo di Chelma[1] loro abbate. Hò creduto non poter errar rimettendoli al tribunal infallibile di Sua Beatudine, giacche non havendo havuta veruna notizia della predetta morte prima de' sei cadente possono senza pregiudizio delle proprie prerogative attender commodamente la risposta della presente dentro il termine del trimestre prescritto da' Sagri Canoni. Intanto però gli ho ricercati dell'uso tenuto [720v] per il passato nella collazione della loro abbazia, e n'hò ricavato che l'arcivescovo di Gnesna[2] come ordinario del luogo suol inviare seguita la vacanza due canonici del suo capitolo per governar il monasterio, che non è unito ad alcuna congregazione, e che prescrivendo egli al giorno dell'elezione, si scieglie allora dalla Communità quel Regolare, o Secolare, che ha havuta la sorte d'ottener dalla corte del Rè le lettere che chiamano di presentazione. Per la p.nte abbazia n'era già stato intenzionato un certo Rozrazewski stretto congiunto del re defonto, et assistito anche presentemente da' nobili della Polonia maggiore [721r] nella cui provincia si trova situato il monastero di Lublino[3]; Ma perche non costa della nomina quale non poteva esser fatta mentre viveva il vescovo di Chelma[4], e perche dalle passate differenze era reso dubbio il titolo del giuspatronato Regio, non sò qual effetto havessero potuto havere le disposizioni della Maestà Sua. È certo che il Sig. Rozrazewski nella sua poca età d'anni 18. da grandi speranze d'un ottima riuscita accompagnando all'innocenza de' costumi un'applicazione indefessa per lo studio delle cose Ecclesiastiche, e non essendo punto inferiore alla sua attenzione la prontezza dello spirito, e la capacità del giudizio. Tuttavia restarebbe da esami[721v]nare se convenga lasciar l'abbazia ad un giovane di si tenera età con la sopra intendenza nello spirituale del nunzio apostolico come s'è usato coll'abbate di Tignez[5] di casa Lubomirski, o pure se sia meglio aspettare l'ultimazione del concordato per lasciar poi che il Rè pro tempore disponga a suo beneplacito di quella parte che restarà alla sua disposizione. In qualunque caso però sarebbe necessaria una prerogatione del trimestre concesso da Sagri Canoni perche niente si potrà trattare pendente l'interregno, che non finirà prima degli ultimi giorni di luglio, e troppo s'inasprirebbero gli animi a farne frattanto un assoluta collazione. Ricerco perciò [722r] la generosità di V.E. a somministrarmi le necessarie direzioni, et ad ordinare costì tutto ciò verrà giudicato piu vantaggioso, et onorevole

---

[1] Epus Stanislaus Święcicki, commendatarius abbatiae Benedictinorum Lubinensis, anno 1696 mortuus est.

[2] Cardinalis Michael Radziejowski, primas.

[3] Lubin.

[4] Stanislaus Święcicki.

[5] Tynecium (Tyniec).

alle prerogative della Santa Sede; Ch'è il fine con che all'E. V. profondissimamente. m'inchino.

Di V.E.

[a-]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[-a]

[a-a] *autographum*

N. 337

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet de rebus abbatiae Sanctae Crucis et de controversiis inter dignitatis abbatialis candidatos regium Alexandrum Wyhowski et ecclesiasticum Christinum Mirecki ortis. Tractat de Benedictinis candidatum ecclesiasticum adiuvantibus.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 725r-726v.*

Eminentissimo etc.,

Mentre vado impiegando tutte le mie deboli premure a declinar i torbidi, che dalle presenti commozioni del Regno vengono minacciati all'autorità stessa della Santa Sede, la poca condotta di questi monaci non cessa d'esporre unitamente colla mia rappresentanza le prerogative della Chiesa a novi emergenti. Sperano dover in breve supplicare la Santità di N.S. a volere usare della propria clemenza a favore del Wikowski[1] ora che sembrava inclinare l'abbate Mirecki[2] a qualche trattato di aggiustamento, e n'havevo preventivamente recata a V.E. qualche riv.e notizia ma ora sento mutata la costituzion dell'affare dal nuovo tentativo del sopraddetto Mirecki. Uscito egli di Varsavia si [725v] portò segretamente al monasterio di Santa Croce[3] e quivi introdottosi coll'aiuto d'alcuni parenti, e coll'intelligenza di sei monaci si pose in possesso del quarto dell'abbate, e di tutte le ville dell'abbazia che si trovano in quelle vicinanze. Perche nel convento vi sono diecinove padri contrarii all'abbate Mirecki[4], e congiunti di sangue a molta nobiltà del palatinato di Sandomiria[5]

---

[1] A. Wyhowski.

[2] Christinus Mirecki.

[3] Abbatia Benedictinorum Sanctae Crucis in Monte Calvo sita.

[4] Abbas Christinus Mirecki.

[5] Palatinatus Sandomiriensis.

l'hanno mossa a chieder a questo Sig. principe Lubomirski[6] gran maresciallo della Corona gli opportuni provedimenti offrendo di portarsi ad ogni suo cenno a scacciare l'abbate Mirecki della sua nuova Residenza. Si compiaccque l'Eccelenza Sua communicarmi il fatto prima di prendere veruna risoluzione, onde potei des[726r]tramente frastornare qualunque inconveniente havesse potuto nascere dall'impegno, in cui pareva essere il Sig. gran maresciallo[7] d'impiegare la forza de' secolari a sostenere il preteso giuspatronato Regio, e particolarmente la nomina controversa del Wikowski. L'indursi a contentarsi di scriver una lettera a quel capitolo, accioche s'astenessero i monaci pendente l'interregno dal cagionar alcun pregiudizio nella materia del giuspatronato alle pretensioni della Corona, ed io dal mio canto scrissi l'acclusa lettera in copia all'abbate Mirecki, dissuadendolo dall'esporre la propria persona, l'abbazia di Santa Croce, e tutto l'ordine ecclesiastico all'incertezza di que' successi, che non possono sperarsi buoni [726v] dalle correnti turbolenze del Regno. Qual sia per esser il frutto di queste disposizioni havrò l'onore di ragguagliarlo a suo tempo a V.E. che supp.o sollevare col suo benignissimo compatimento l'angustia in cui mi trovo allorche vedo inutile la mia sommessa obbedienza, et a V.E. frattanto etc.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 338

Ioannes Antonius Davia ad abbatem Mirecki

Cum in abbatia Sanctae Crucis duobus superioribus et a rege et ab Ecclesia nominatis controversia orta esset, nuntius ad abbatem ab Ecclesia creatum scribit, ut pax in abbatia servetur.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 727r.*

Copia litterarum ill[ustrissi]mi d[omi]ni nuntii apostolici patri abbati Mirecki.

Fretus spe mihi facta de imminenti concordia circa Sanctae Crucis abbatiae[1]

---

[6] Stanislaus Lubomirski.

[7] Stanislaus Lubomirski.

[1] Abbatia Sanctae Crucis.

causam s[anctissi]mo mentem P[aternita]tis V[est]rae exposueram measque addideram preces, quae auctoritate em[inentissi]mi d[omi]ni primatis suffultae rogando forte valuissent. Sed ecce ex improviso adfertur ad me nuntius vestrae instauratae digladiationis cum evidenti discrimine publicae tranquillitatis. Quod Paternitas V[est]ra usa sit iure sibi competente, non inficior, sed quod tempore minime opportuno, et sine publici praetoris auxilio exsecutioni mandarit sententiam, pro qua mitiganda voluerat ipsamet in favorem adversae partis proprium resignare ius cessae, mihi inopinanti allatum fuit. Consideranda propono P[aterni]tati V[est]rae pericula, quae ab ipsismet monachis renitentibus, a foederatis viciniam omnem vastantibus, a potestate denique saeculari se imminutam putante, timenda sunt hoc miserrimo tempore; etsi non tantum animo pollet ad tolerandos labores, sed ea quoque providentia uti potest, quae apta sit ordinem totum spiritualem ab iniuriis liberare, quibus in vestra persona undequaque exponetur, laudabo virtutem promptitudinemque probabo. Verum si decor immunitasque Ecclesiae causa vestri prostitui debet, P[aternita]ti V[est]rae discutiendum relinquo, an bonum aliquod generale pro singulari commodo periclitari debeat; mihi pro cessa summa lex erit, ea quidem, quae accidere possunt, graviter ferre, sed tamen ferre usque ad ulteriora s[anctissi]mi mandata, cui exponere non cessabo praesentia, me inconsulto tentata fuisse et P[aternitati] V[estrae] precans consilium illud, quod originem habet ex alto, maneo ex toto corde.

N. 339

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet de turbis Varsaviensibus deque Dominicanorum monasterio a militibus urbisque incolis oppugnato.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 728r-732v.*

Em.o e R.mo Sig. P.ron Col.mo.

Ho dovuto differire alcuni giorni la relazione d'un nuovo eccesso commesso contro le persone ecclesiastiche in questa città, perche non hò osato inquietare la tenerezza paterna di N.S. avanti d'haver ricavate tutte le opportune notizie sopra un'attentato si enorme. La difficoltà di condur carri, et anche d'andar a piedi per le strade di Varsavia sepolte nel fango quasi nove mesi dell'anno impedendo il commercio de' cittadini, et alterando i prezzi

de' comestibili haveva indotto anni sono questi abitanti a supplicar la corte di qualche provedimento. Fù disposto allora che Monsig. vescovo di Posnania[1] come ordinario del luogo provedesse agli inconvenienti originati dalla negligenza [728v] degli Ecclesiastici, che il palatino di Plosco[2] come starosta, o sia governatore di Varsavia rimediasse a tutte le confusioni de' cittadini, e finalmente che il gran maresciallo del Regno[3] come giudice nato della nobiltà costringesse la medesima togliere quei disordini, che fussero stati introdotti da essa. Erano pero state talmente neglette simili disposizioni che fin'all'ultima convocazione non s'era tenuta da questi tre soggetti ne meno una sola conferenza per rendere pratticabili le strade ma essendosi allora scoperti alcuni tumulti e temendosi maggiori quando tutta la nobiltà si trovarà, come dicono in Pospolita presente all'elezione, hanno i cittadini di Varsavia colla [729r] distruzione d'alcune casette di legno cominciato a slargare particolarmente le strade, che sono situate sotto le mura della città. In una di queste poco lontana dalla Porta detta della città nuova trovasi il Monastero, e la Chiesa de' Domenicani, che pervenendo col muro del Cimitero fin' al camino lo havevano poi ristretto coll'avanzar sul medesimo alcuni tetti di legno e fabricarvi diverse botteghe per rigattieri, le quali stavan appoggiate al muro del Cimitero. Pretesero i cittadini che dovessero disfarsi queste botteghe come erette sul publico sudetto e difficoltanti il transito delle merci, e supposero i padri poterle conservare prima perche sta[729v]vano attacate al muro del cimitero, secondo perche la rendita loro non minore di quindeci scudi romani era applicata al mantenimento della lampada accessa avanti la capella del Santissimo Sagramento, e finalmente perche asserivano essere stata fatta loro la cessione del luogo dalla città, e dal re Casimiro[4] circa quarant'anni prima. Ricorsero i cittadini al palatino di Plosco[5] come lor giudice, et havendo ottenuto un mandato per la distruzione delle case, i padri Dominicani si providero d'un'inibizione di Monsig. vescovo di Posnania[6], la quale fecero insinuare la sera de' 9. cadente al magistrato della città. Ciò pero non ostante comparvero circa il mezo giorno de' 10. [730r] gli officiali della città con circa dugento soldati, e gran numero di villani guastatori per rovinar le botteghe de' padri, et havendone trovati due, che pretendevano opporsi gli obbligarono con spuntoni, et altre armi in hasta a ritirarsi nel cimitero. Sin qui la violenza benche grande si sarebbe potuta trattar legitimamente ne' tribunali e non erano impossibili i necessarii provedimenti, se l'attentato non si fusse

---

[1] Ioannes Stanislaus Witwicki epus Posnaniensis.
[2] Ioannes Dobrogost (Bonaventura) Krasiński, palatinus Plocensis, capitaneus Varsaviensis.
[3] Iosephus Lubomirski.
[4] Ioannes Casimirus rex.
[5] I.D. Krasiński, palatinus Plocensis.
[6] Ioannes Stanislaus Witwicki.

reso orrendo per gli ulteriori successi. Al primo rumore sparsosi dell'arrivo de' soldati si staccarono i padri piu giovani dal refettorio, ove havevano pranszto, e si portarono alla porta del cimitero, d'onde procuraron con parole [730v] di rimuover gli esecutori dalla risoluzione distrugger le loro botteghe al che non hebbero altra replica che d'una scarica generale di tutt'i soldati armati con bocche di fuoco. Perche questa fù fatta all'aria, e non restò alcuno de' padri ferito s'imaginarono essi che vi fusse ordine preciso di non far loro altro male che la paura onde incorragiti dalla propria opinione cominciarono con pietre ad infestar i soldati, i quali colpiti alcune volte non tardarono a tirare contro i Domenicani in modo che ne ferirono otto, oltre un giovanetto secolare di circa 13. anni quale trovandosi a caso sul cimitero vi restò morto. Mandai subito il mio auditore [731r] a riconoscere il delitto, e per quanto fu possible le ferite, riserbando l'esaminar padri a tempo in cui senza maggior pericolo della loro salute potessero risponder agli interogatorii, il che essendo seguito nel tempo mi trovavo la settimana passata appresso Monsig. vescovo di Plosco[7], posso presentemente con maggior fondamento render a V.E. conto di tutto. Per quanto apparue dalla recognizione del luogo e delle ferite sembra che la prima scarica fosse di palle da moschetto, le quali andarono tutte all'aria ne' muri e nelle porte della Chiesa, e del cimiterio, e che le altre fatte contro i padri fussero di semplice migliarola, la quale però non ha mancato [731v] di ridurne due all'estremità trovandosene uno con trentasei palline nel corpo, e l'altro con alcuni colpi nel capo. Interrogati poi dell'autore di simil disordine pare che accusino universalmente il Magistrato della città aggiungendovi d'haver uditi alcuni, che il palatino di Plosco[8] poss'haver dato l'ordine di tirare a qualunque minima resistenza de' padri. Tuttavia perche la città ha procurato di far un processo particolare avanti il Sig. cardinall primate[9] ad effetto di provare la propria innocenza in tal attentato, e perche il palatino di Plosco è un cavagliere, che ha sempre havuto un sommo rispetto per la Chiesa, e suoi supposti, hò risolu[732r]to portarmi domani a Radzieiowiicz, ove spero ottenere dal Sig. cardinal primate tutte le opportune direzioni in un emergente di tanto peso. Frattanto ho fatto pregare Monsig. vescovo di Posnania[10] a voler adunare i principali, e piu dotti del Clero richiedendoli di parer, e consiglio col fine d'interessarli tutti a diffender la Causa della Chiesa se per sorte le circostanze del fatto, e gli avvisi del Sig. cardinal primate[11] rendessero necessario e vantaggioso per l'onore del grado Ecclesiastico il sottoporre la città all'Interdetto, e passare contro i deliquenti

---

[7] Ioannes Chrysostomus Załuski
[8] I.D. Krasiński.
[9] Primas Michael Radziejowski.
[10] Ioannes Stanislaus Witwicki.
[11] Michael Radziejowski.

a tutte quelle dimostrazioni di rigore, che vengon richiesse da questo gravissimo eccesso. Imploro per fine [732v] alle mie diligenze l'onore dell'autorevole patrocinio di V.E., che sola può colla propria prudenza avvalorare le mie debolezze in congiunture si particolari, e difficili, et alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a]-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe-[a]

[a-a] *autographum*

N. 340

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet Mariam Casimiram reginam cum filio Iacobo in gratiam rediisse. Iacobum tempore electionis a Varsavia abesse cogitare.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 733r-734v.*

Em.o e R.mo Sig. P.ron Col.mo.

I cenni prescrittimi da V.E. nell'umanissimo suo foglio de' numeri in data de' 27. passato havendomi animato ad ingerirmi nelle dissensioni della famiglia regia, m'hanno poi anche procurata la fortuna di veder restituita l'unione tra la regina madre e il principe Giacomo suo figliuolo non ostante tutti i dissapori passati dalla morte del re defonto a questi ultimi giorni. Havevo appena spedita la posta l'ordin.o passato, che il principe Giacomo mi fece intendere il mercordi sussequente di voler essere a parlarmi, et havend'io saputo che si trovava appresso il Sig. abbate Scarlatti[1] mi portai alla casa del medesimo per ricever i comandi dell'A.S. S'espresse il principe con molte querele contro la durezza con [733v] la quale la madre gli negava qualunque sorte di sodisfazione, e dichiarossi che in fine haveva risoluto di partirsene verso Samogizia per non ritornar piu ne a Varsavia ne appresso la madre fin dopo l'elezione del nuovo re, seguita la quale pretendeva muover lite alla regina per gli alimenti che dalla medesima come usufruttuaria universale de' beni del re defonto gli venivano denegati. Io che non havevo mai scoperta

[1] V. N. 119.

tant'alienazione nell'animo della Maestà Sua supplicai Sua Altezza a differire d'un solo giorno il meditato viaggio, mentre pretendevo la sera di tentare la tenerezza dell'effetto materno niente essendo atterito dal poco successo sperimentato dal Sig. cardinal Radzieiowski, il quale dis[734r]perato d'ottener più cos'alcuna s'era ritirata da Varsavia al Suo castello di Radzieiowicz[2]. In effetto portatomi a ritrovar la regina nel monastero delle Carmelitane Scalze ove stava ritirata hebbi la sorte di disporla in modo che sopragiunta la principessa Lubomirski moglie del gran maresciallo del Regno ottenne dalla Maestà Sua che restasse assegnata al principe Giacomo la terra di Plascowitz[3] nelle vicinanze di Lublino ascendente a 20. m. fior.i di questa moneta d'entrata. Restò così contento il principe Giacomo di tal risoluzione, che non solamente differì il viaggio di Samogizia, da cui dovevano derivare tant'inconvenienti, ma si portò subito gli fù permesso dalla regina a' suoi piedi chiedendogli [734v] perdono di tutti gli eccessi commessi contro il proprio dovere fino a quel dì, e promettendo qualunque maggior osservanza nell'avvenire. Seguì quest'aggiustamento venerdi sera con tanto giubilo di tutti, che gli emoli stessi della casa regia ne mostrarono gradimento, ed approvarono la condotta di chi haveva procurata simile concordia. Perche il Sig. abbate Scarlatti ha havuta grandissima parte in risvegliare le benevolenza della regina hò creduto mio debito il render conto di tutto a V.E. che supplico rimostrar il suo gradimento a cotesto Sig. Barone Scarlatti, per l'operato dal Fratello in procurarmi l'adempimento delle parti impostemi a nome di S. S.tà dall'E. V. alla quale prof.e m'inchino.

Di V.E.

[a–]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[–a]

[a–a] *autographum*

N. 341

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 27 XI 1696

Docet Tartaros fines Poloniae prope Cameneciam Podoliensem invasisse et in Lithuaniam iter facere. Confoederatos Lithuanos in tres partes divisos

---

[2] Villa Radioviensis (Radziejowice).

[3] Płaskowice prope Lublinum.

in Russiam, Poloniam Minorem et Masoviam profectos esse, ut ibi castra ponerent.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 736r-736v.*

Foglietto.

Ha posto in gran costernazione i popoli di Russia la deposizione fatta da un Turco preso nelle vicinanze di Caminietz[1], e condotto a Leopoli[2], il quale asserisce che il gran Sig. habbia ordinato al Kam de' Tartari[3] di portarsi con tutte le sue Orde a danni della Polonia, assicurandolo che trovarà ne' confini della Moldavia[4] un corpo di truppe regolato cogli attrezzi necessarii per far assedii, et altre imprese di soma importanza. Armata ribelle di Polonia niente per questo commossa ha cominciato a far la guerra a' beni regii et a quelli della Chiesa publicando voler dividersi in tre parti una delle quali restarà a depredare la Russia, un'altra entrarà nelle terre della Polonia minore[5], e della Masovia[6], e la terza finalmente pretenderà d'occupare i quartieri nella Polonia maggiore[7] la cui nobiltà si dichiara altamente di voler combattere co' ribelli se per sorte s'avanzano fin alle frontiere di quella Provincia.

L'altro esercito ammutinato di Lituania ha domandato tre giorni di tregua per trattare l'aggiustamento col gran generale[8], et ora si suppone che gli affari di quelle parti siano ridotti a termine di qualche composizione tanto piu necessaria quanto piu [736v] si mostravano volenterosi di muoversi su quelle frontiere gli Svezzesi, e Brandeburghesi i quali sono sempre stati dannosissimi a questo regno. L'elettore di Brandeburgo[9] ha richiamato di Fiandra gran numero di truppe ad effetto di collocarlo nella Prussia Ducale, et invigilar con esse alle pratiche si faranno nella prossima elezione. Pare ch'esso unitamente cogl'Inglesi et Olandesi inclinino a promuovere il principe di Baden a questa Corona, al qual fine han già cominciato a susurrare i ministri di Brandeburgo che non havendo il principe Baden qualità punto inferiori a quelle di Conty non gli cedera ne meno nelle somme di danaro per la Repubblica, e negli altri vantaggi quando a questo solo si riduca la differenza fra loro.

---

[1] Camenecia Podoliensis (Kamieniec Podolski).
[2] Leopolis (Lwów).
[3] Chanus Selim Girej.
[4] Moldavia.
[5] Polonia Minor (Małopolska).
[6] Masovia (Mazowsze).
[7] Polonia Maior (Wielkopolska).
[8] Casimirus Sapieha.
[9] Fridericus.

N. 342

Ioannes Antonius Davia ad vicarios, mansionarios, psalteristas, altaristas collegiatae Varsaviensis Sancti Ioannis Baptistae

[Varsaviae 27 XI 1696]

Psalteria in collegiata Varsaviensi Sancti Ioannis Baptistae vacans Casimiro Koczowski datur.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24v-25r.*

Institutio ad psalteriam in collegiata Varsaviensi vacantem per ascensum.

Ioannes Antonius admodum reverendis, reverendis ac venerabilibus viris vicariis, mansionariis, psalteristis, altaristis ecclesiae collegiatae Varsaviensis Sancti Ioannis Baptistae caeterisque presbyteris, quibusvis clericis, notariis et tabellionibus publicis aliisque legitimis exsecutoribus tenore praesentium requirendis, salutem in Domino et novissimis veris apostolicis firmiter oboedire mandatis. Non eritis, quia nos ad psalteriam in praefata ecclesia collegiata Varsaviensi Sancti Ioannis vacantem per assecutionem reverendi Ioannis Iosephi Bronakowski alterius beneficii incompatibilis in mense Iulio anni 1692 secutam, dictae psalteriae ultimi et immediati possessoris, reverendum Casimirum Koczowicz altaristam seu mansionarium in capella Trium Regum, mediante decreto nostri tribunalis die 20. Iulii anno currenti, ex controversiis partium lato, instituendum ac investiendum esse duximus, prout praevio prius examine et recepto ab ipso iuxta praescriptum sacri Concilii Tridentini et bullae Pii IV.

Super catholicae fidei professione, tum quoque de oboedientia et reverentia nobis et succesoribus nostris, nec non illustrissimo loci ordinario suisque successoribus pro tempore exsistentibus praestanda, deque non alienandis praefatae psalteriae bonis, quinimo alienatis pro posse et nosse recuperandis, iuribus et privilegiis eiusdem manutenendis, solito corporali iuramento, per manus perillustris domini auditoris nostri capiti ipsius impositionem instituimus ac investimus in Dei Nomine, administrationem spiritualium et regimen temporalium rerum dictae psalteriae ipsi committentes [per] praesentes. Quocirca vobis exsecutoribus suprascriptis [25r] in virtute sanctae oboedientiae et sub excommunicationis poena mandamus, quatenus, dum et postquam ex parte praenominati instituti nostri vigore praesentium fueritis requisiti, ipsum in et ad realem actualem et corporalem dictae psalteriae ipsiusque iurium et pertinentiarum quarumcumque possessionem inducatis, ponatis et recipiatis, facientes ipsi de omnibus et singulis illius fructibus, proventibus, reditibus, censibus, decimis, utilitatibus et emolumentis universis per eos, ad quos pertinet,

plenarie et integre responderi, et vos ipsi, quantum in vobis est, respondeatis. In quorum fidem, datum in Varsavia, die vigesima septima mensis Novembris anno Domini 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus
Caietanus De Ovis auditor generalis
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 343

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Brestiae 27 XI 1696

Assecuratio Casimiri Ioannis Sapieha hetmani magni Lithuani Brestiae militibus oblata.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 747r-747v.*

Assecuratio ill[ustrissi]mi d[omi]ni supremi exercituum Magni Ducatus Lithuaniae generalis confoederatis militibus oblata.

Casimirus Ioannes Sapieha comes in Bychow, Zasław et Dąmbrowna, palatinus Vilnensis, supremus generalis Magni Ducatus Lithuaniae.

In orphano Reipublicae statu, post ereptum humanis rebus serenissimum regem Ioannem Tertium, considerando non tantum externorum huius patriae hostium conceptos impetus, verum etiam ipsos insuffocabili flamma propriorum eius filiorum inter se excandescentes animos, quo nihil magis intrinsece eam corrodere valet, ultimaque repraesentare fata; advertendo ipsos quoque non satisfactos ob egestatem publicam, per tot rupta comitia, ipsam ad extremum non terminatam recenter convocationem exercitus in obsequio vacillare; occurendo omni confoederationi, cuius iam inventis notabilibus initiis Brestiae quarundam cohortium de corpore exercitus Magni Ducatus Lithuaniae directionis meae, volendo unione animorum hanc bullientem in principiis exstinguere flammam, remissa iurisdictione mea generalitia et potestate, tanquam pater cum filiis ob amorem patriae, quae nos aequaliter in ulnis suis educavit, procedendo, accedente interpositione excellentissimorum ill[ustrissi]morum magnificorum d[omi]norum senatorum et officialium Magni Ducatus Lithuaniae, pro contentatione in praetensionibus nonnullarum cohortium, hac inscriptione mea perpetuis temporibus ad manutenendam praesentem transactionem, sub obligatione ipsius honoris nostri, probitatis et honestatis, cavendo id imprimis, quod nullam offensionem ad omnes in genere, tum ad

singulos, incipiendo a prima ad ultimam usque personam, ad minimos etiam gregarios milites ac Tartaros praetendam; offensas et laesiones mei, quae intercesserunt, ab hodierno die Christiano et heroico animo condono et oblivioni trado. Vindictam nullo praetextu, neque per subordinatas personas [747v] in honore, personis ac fortunis quaeram, immo omnium d[omi]norum confoederatorum honores omni meliori modo conservare, tum ipsas fortunas, tum cuncta bona eorundem protectione mea tueri assecuro et spondeo. Volendo autem ad ulterius obsequium Reipublicae in moderno turbido rerum statu, eundem militem contentatione aliqua, intuitu stipendiorum, protunc allicere, pro duobus quartalibus stipendia ex aerario meo proprio exnunc exsolvere nomine Reipublicae declaro, salva mihi repetitione ex primis sancitis contributionibus Reipublicae sive aliunde provenientibus, exercitui Magni Ducatus Lithuaniae. Hibernales contributiones persolvendae sunt iuxta taripham seu ordinationem usitatam, a Republica assignatam per antecessores meos meque ipsum practicatam. Cohortes in catalogo ad praesens exsistentes non abrogabo, sed illas me conservaturum declaro. Eiusmodi ergo immutabilem unquam constitutam transactionem cum praedictis d[omi]nis confoederatis militibus in omnibus punctis, paragraphis, specialiter de manutenendo primo puncto, non violare, adimplere me obligo, declaro et inscribo. Quod manutenere fide, honore et conscientia spondeo et me obligo. Quam assecurationem propter meliorem certitudinem petii a magnificis d[omi]nis senatoribus, dignitariis, officialibus, ab aliis quoque d[omi]nis officialibus terrestribus, ut penes subscriptionem meam appositionem sigilli subscriberent. Actum sub Brestia, die 27 [Novem]bris anni 1696.

N. 344

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Assecuratio militum confoederatorum circa actum pacificationis hetmani Casimiri Sapieha.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 748r.*

Assecuratio dominorum confoederatorum militum Magni Ducatus Lithuaniae circa eundem actum.

Nos suprascripti tam Polonae quam extraneae militiae, recepto ab ill[ustrissi]mo d[omi]no Casimiro Ioanne Sapieha comite in Bychow, Zasław et Dąmbrowna, palatino Vilnensi, supremo generali Magni Ducatus Lithuaniae pleno clementiae et fere paterni affectus documento ac assecuratione in petitis

et desideriis nostris, quae instrumentum assecurationis datum in se obloquitur; excepta gratia supremi generalis nostri, ea, qua par est, veneratione; extunc authenticum instrumentum confoederationis nostrae sive originale cassamus et annihilamus, quodque ad eandem non redituri sumus, fide, honore et conscientia spondemus, obligamus nos et inscribimus. Post soluta stipendia pro duobus quartalibus, accedentibus ordinationum litteris ill[ustrissi]mi d[omi]ni generalis nostri supremi Magni Ducatus Lithuaniae ad consistentias nobis assignatas instantanee divertere cum toto exercitu assecuramus.

N. 345

Ioannes Antonius Davia ad suffraganum Posnaniensem

[Varsaviae 28 XI 1696]

Potestatem dat suffragano Posnaniensi, ut dispenset Martinum Maloński et Elisabetham Pejerówna ex dioecesi Posnaniensi super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum (alias pater mulieris certus est eam acatholico in matrimonium dare).

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24v.*

Die 28 [Novembris] commisio directa perillustri et reverendissimo domino suffraganeo et officiali [24v] generali Posnaniensi ad dispensandum cum Martino Malonski laico et Elisabetha Peierowna muliere dioecesis Posaniensis, super impedimento ad contrahendum matrimonium tertii affinitatis gradus; concessa fuit ex causa, quod pater Elisabethae, acatholicus, volebat dictam filiam suam Elisabetham pariter acatholico in matrimonium dare, dictus autem Martinus est prout catholicus, prout et Elisabetha.

N. 346

Ioannes Antonius Davia ad Adamum

[Varsaviae 28 XI 1696]

Dispensatio, qua Adamo acatholico uxorem ducere licet ea condicione, ne in haeresi perseveret.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24v.*

Dicta die [28 Novembris] similis concessa Adamo acatholico et viduae Martini, cum causa, quod Adamus vult abiurare haeresim, prout etiam innuitur in commissione ad dispensandum directa praedicto reverendissimo domino suffraganeo et officiali generali Posnanensi, ut non prius dispensationem huiusmodi ad executionem deducent, quam abiuraverit Adamus haeresim.

N. 347

Ioannes Antonius Davia ad Stanislaum Śledziński

[Varsaviae 28 XI 1696]

Dispensatio ad presbyteratum Stanislao Śledziński ob necessitatem ecclesiae parochialis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24v.*

Eadem die [28 Novembris] dispensatio extra tempora ad presbyteratum concessa reverendo Stanislao Sledzinski, ob necessitatem ecclesiae parochialis Varacensis[1].

N. 348

Ioannes Antonius Davia ad fratrem Ludovicum Pszczeleński

[Varsaviae 28 XI 1696]

Dispensatio extra tempora Ludovico Pszczeleński Canonico Regulari Lateranensi ob necesssitatem ecclesiae Tremesnensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 24v.*

Dicta die [28 Novembris] similis mutatis mutandis, concessa religioso fratri Ludowiko Psczelenski canonico regulari Lateranensi conventus Tremesnesis[1] professo, ob necessitatem ecclesiae conventus Tremesnensis praedicti.

---

[1] Varsaviae.

[1] Trzemeszno.

N. 349

Card. Fabricius Spada ad Ioannem Antonium Davia

[Romae] 1 XII 1696

Docet de rebus Lithuanis contentione cum Sapiehis composita, electione adventante et Suecis ac Brandenburgensibus imminentibus.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 112 f. 49v-50r.*

A Monsig. nunzio in Polonia.

E ugualmente d'infinito debito a V.S.I., come di precisa necessità l'adoperarsi al possibile, per vedere in ogni maniera di componer le differenze civili fra' magnati della Lituania, perche resti con ciò ridonata la perduta quiete a quei popoli. Per il compimento di questa parte col zelo, che si richiede, e con frutto, lo studio di V.S.I. dovrà essere di mantenersi, e maneggiasi con destrezza, e indifferenza tale con i medesimi Sig.i si' in questo grave affare, come nell'altro importantissimo del nuovo re; onde non mai possa riconoscersi in lei, se non che un sommo desiderio non meno del bene, e de' vantaggi di essi, che della Repubblica intera, e del Regno tutto. Nel rimanente faccia V.S.I. animo a se stessa, nè creda tanto, col tener' per inevitabile l'entrata de' Suetesi, e de' Brandemburgesi [50r] con trenta mila combattenti in quel gran Ducato: poiche non sono in si buona corrispondenza frà loro, nè gli eserciti in si gran numero, per cui possano con tanta facilità, e si speditamente disponersi à si gran passi.

N. 350

Ioannes Antonius Davia ad Albertum Gorlicki

[Varsaviae] 1 XII 1696

Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos Alberto Gorlicki ob necessitatem ecclesiae Lacnensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 25r.*

Die prima Decembris 1696. Dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concessa Alberto Gorlicki, ob necessitatem ecclesiae praeposituralis Łącensis[1].

[1] Łączna.

N. 351

Ioannes Antonius Davia ad Casimirum Zienkiewicz

[Varsaviae 1 XII 1696]

Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos Casimiro Zienkiewicz ob necessitatem ecclesiae Solecensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 25r.*

Dicta die [1 Decembris] similiter ad eosdem concessa Casimiro Zienkiewicz, ob necessitatem ecclesiae parochialis Solecensis[1].

N. 352

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 4 XII 1696

Docet de litteris datis redditisque. Reverentiam suam erga cardinalem ostendit.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 741r.*

Em.o e R.mo Sig. P.ron Col.mo.

Mancano in quest'ordinario le lettere d'Italia ma non cessano per questo le parti della mia sommessa obbedienza, che vengono espresse negli aggiunti ossequiosissimi fogli; Supplico la benignità di V.E. degnarsi di conciliar loro l'ambito clementissimo compatimento di N.S., et alla medesima per fine etc.

Di V.E.

[a–a]Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe[a–a]

[a–a] *autographum*

---

[1] Solec.

N. 353

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 4 XII 1696

Docet de canonico Szaniawski cancellario Vilnensi, cui negotium commissum est, ut in gratiam reduceret Sapiehas cum Kryszpinis (quibus Sapiehae obiciebant, quod humili loco nati essent). Szaniawski id etiam agere iussus est, ut Casimirus Sapieha praediis ecclesiasticis, quae militibus occupaverat, cederet.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 742r-743v.*

Em.o e R.mo Sig. P.ron Col.mo.

***Or.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 777r-777v.*

Foglietto.

Questo residente del Czaro di Moscovia[1] si è altamente doluto che il Sig. gran generale del regno Jablonoski[2] habbia ricevuto da' Tartari dopo l'ultima loro invasione e regali, e lettere con avviso che l'Kan[3] di quella nazione intenda di passar quest'Inverno a scorrere la Moscovia[4], purche frattanto non venga infestato da Polacchi il Budziac[5], e che sia stata data risposta, che quando vogliano i Tartari devastar le terre del Czaro solamente, i Polacchi non faranno diversione veruna. Ciò da' maggior apprensione a Moscoviti quanto meno s'è verificato il tentativo, che supponevasi fatto da Cosacchi sudditi del Czaro contro i Tartari, abitanti nel Budziac, onde seguita la voce sparsasi che il Czaro medesimo intenda portarsi quest'inverno a Kiovia[6] per accudire all'occorenze de' proprii stati su quel confine. Vengono in Prussia[7] cinque Reggimenti delle Truppe Brandeburghesi che hanno militato in Germania[8], e benche si publichi haver essi havuto il Quartiere lontano dalle

[1] I.A. Nikitin legatus Russicus.
[2] Stanislaus Jabłonowski hetmanus magnus Regni.
[3] Chanus Selim Girej.
[4] Imperium Russicum.
[5] Budziak.
[6] Kiovia.
[7] Prussia Regalis.
[8] Germania.

Frontiere per una specie di rinfresco, si susurra nondimeno, che s'introducano i predetti soldati in quella Provincia per osservar piu da vicino i movimenti che farà la Svezia[9] nelle correnti torbide emergenze. [777v] Anche dalla parte di Slesia[10] saranno acquartierati diversi corpi di milizie che hanno militato in Italia, non solo per goderv'il riposo de' quartieri d'Inverno, ma anche per esser pronti a qualunque bisogno havesse la Polonia di liberarsi dall'insidie domestiche, o dalle violenze straniere. La Maestà della regina è stata invitata dal Sig. cardinale primate[11] a ritirarsi da Varsavia per il tempo che vi si terrà un senatus Consulto ad effetto di provedere a tutt'i disordini dello Stato; E la Maestà Sua havendo replicato d'esser pronta a sagrificar il proprio riposo a quello della Repubblica ha mostrata una ardentissima brama d'abboccarsi con S. E. prima di slontanarsi da questa città. Era stato supposto che Maestà Sua si sarebbe portata in Russia alle sue Terre, ma essendo state le medesime distrutte dall'armata ribelle di Polonia pare che dovendo uscir di Varsavia si portarà a' beni di Prussia i quali soli restano in tanti dalla licenza militare.

N. 386

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

Varsaviae 25 XII 1696

Docet de iis, quae declaraverunt diplomatici Russici et Prussici, Francogallico throni candidato et candidatis Francogalliae oboedientibus inimici. Docet etiam de Sapieharum et Iacobi Sobieski commerciis cum Suecis habitis deque Polonis thronum petere cogitantibus, sed filios Ioannis III Sobieski excludit.

***Reg.**: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 106r-107r.*

Di Varsavia da M. nunzio 25 Dec.re 1696.

Decifframento a 20 Gennaio 1697.

Il residente Moscovita[1] hà dichiarato al Sig. Inviato Cesareo[2] di havere ordine del proprio gran Duca, di opporsi all'elevazione del principe di Conty a questo trono, fin con dichiarare una Guerra aperta alla Polonia, qualunque volta pretendesse, eleggere un Rè congiunto, o dipendente dalla Francia.

[9] Suecia.
[10] Silesia.
[11] Michael Radziejowski.
[1] I.A. Nikitin.
[2] C. Sedlnitzky.

Nello stesso tempo protestano i Ministri di Brandemburgo, che quell'elettore non soffrirà mai un Rè francese sul trono della Polonia: E per che sospettano, che il principe Giacomo habbia promessa la Samogizia al Rè di Svezia[3] propongono per escluderlo dal soglio il principe di Baden, di cui si susurra, che habbia offerta [106v] loro la Prussia Reale in caso venga assunto col lor favore alla Corona di Polonia. Intanto la fazione del principe di Conty sembra assai raffreddata e lo stesso Sig. Ambasciatore di Francia[4] comincia à dubitare della sincerità del principe Lubomischi Tesoriero della Corona[5], che sotto pretesto di promuovere le convenienze del partito francese si assicura dell'armata, e delle forze del Regno. Anche li Sapìa hanno fatta una spedizione segreta in Svezia; Onde i bene intenzionati apprendono che preferendo ciascheduno de' grandi il proprio interesse à i motivi del publico bene, sia per dividersi il Regno in più fazioni con la rovina totale di tutti, particolarmente se l'Elezione cadrà in uno di que' Nazionali che chiamano Piasti, e che non [107r] sono figliuoli di Rè. Il viaggio ancora della regina in Prussia dà molto che pensare a questo Sig. Inviato Cesareo, che teme qualche inteligenza della medesima co' Brandemburgesi, e considera le Truppe mandate colà in quartiere dal gran generale Jablonoschi come dipendenti affatto dalla Maestà Sua.

N. 387

Ioannes Antonius Davia ad Albertum Kowalewski

[Varsaviae 26 XII 1696]

Curatus Andreas Chamerski, qui presbyterum Albertum Krzysztoporski pulsavit, ab excommunicatione absolvitur.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 26v.*

Die 26. [Decembris] commissio directa illustri et admodum reverendo Alberto Kowalewski decano ecclesiae collegiatae Lascensis, ad absolvendum reverendum Andream Chamerski curatum Buchoviensem[1] archidioecesis Gnesnensis ab excommunicatione canonis *si quis suadentes*, in quam incurrit ob iniectionem violentarum manuum in reverendum Albertum Krzysztoporski presbyterum.

---

[3] Carolus XI.
[4] M. de Polignac.
[5] H.A. Lubomirski.
[1] Buchów (Buchowo) in archidioecesi Gnesnensi.

N. 388

Ioannes Antonius Davia ad Fratrem Christophorum

[Varsaviae 26 XII 1696]

Dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines suscipiendos Fratri Christophoro Piaristae ob necessitatem collegiatae Chelmensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 26v.*

Dicta die [26 Decembris] dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concessa religioso fratri Christophoro a Sancto Iacobo clericorum regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ob necessitatem ecclesiae collegii eius Chełmensis[1].

N. 389

Ioannes Antonius Davia ad Serapionem Kroszyński

[Varsaviae 27 XII 1696]

Dispensatio ad omnes sacros ordines suscipiendos Fratri Serapioni Kroszyński Carmelitae ob necessitatem ecclesiae Leopoliensis concessa.

***Reg.**: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 26v.*

Gratis. Die 27. [Decembris] similis ad eosdem concessa religioso fratri Serapioni Kroszynski ordinis Carmelitarum Discalceatorum, ob necessitatem ecclesiae conventus eius Leopoliensis[1].

N. 390

Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada

[Varsaviae 28 XII 1696]

Docet de controversia inter Mariam Casimiram reginam eiusque filium

---

[1] Chelma (Chełm).
[1] Leopolis (Lwów).

Iacobum orta, de bonis gentis a discordibus occupatis, de Tartarorum invasione deque rebus internationalibus proper comitia convocativa adventantia perturbatis.

***Cop.**: ASV, Segr. Stato, Avvisi 58 f. 432r-432v.*

Varsavia 28 Dec. 1696.

La confederazione del regno va sempre piu ingrossando et estorquendo grossi contribuzioni con dichiaratione di non volersi aquietar sino all'intiero pagamento, che se gli deve e dalla Repubblica confermatogli il titolo di tovaris, che per avanti godeva la militia, e seco portava gran privilegio e prerogativa. Il principe Giuseppe Lubomirschi maresciallo di corte del regno hà occupata la città di Jaroslavia colle sue dipendenze, che si aspetta alla sua casa, e che godeva la regina, come inserita a vitalità ne beni del suo primo marito, il qual accidente fece nascer tra essa regina, et il principe Giacomo suo figlio una nuova reconciliatione sebene non si sa se questa confidenza porti seco tutta la sincerita, pochi però sono contenti della condotta di S. M. e tutti fanno istanza, perche si discosti lontano da Varsavia per tempo della convocazione. [432v] Anche il gran conestabile del Regno occupò ne passati g[ior]ni la fortezza di Brod a lui spettante, che possedeva il principe Giacomo, per il che si vede che la regina passerà nella Russia per oviar ad altre occupationi de beni de nuovi pretendenti che possono insorgere. Da un Tartaro fatto prigione pare che vengi scoperto chi habba fatto venir li Tartari in Polonia, e perciò nella dieta di Polonia seguita in questi giorni hanno decretato di venir all'elezione per esclamar contro l'auttore di detta chiamata de Tartari, e cosi in quella de Grundento nella Prussia è stato stabilito far lo stesso, contro chi habbi havuto intelligenza col Rè di Suetia, e Brandemburgo, e contro chi hà rotto, e fatto romper la convocazione.

N. 391

Innocentius Winnicki ad Congregationem de Propaganda Fide

Varsaviae 28 XII 1696

Winnicki gratias agit Congregationi pro epistula missa. Scribit se dolere, quod emissarius suus parum profuit in rebus ad Collegium pertinentibus, quamquam in commendatione laudatus est. Winnicki veniam eius rei petit atque premit se Unionis studiosissimum esse et fidelissimum.

***Or.**: CPF Scritt. Rif. Congr. 2, f. 526r-526v.*

Eminentissime Princeps, illustrissime ac reverendissime Domine Domine Patrone et Protector colendissime.

Ingenti dolore accept[ae] ab eminentissima Dominatione Vestra litterae, de data d. 14. 8bris anno labenti, animam meam implevere, cum ex illis fratrem meum studiis ac disciplini[s] (quibus inbuendis missus erat) iuxta institutum Collegii minus idoneum exstitisse perceperim. Ego quidem testimonio religiosorum, quia non ad latus meum, sed inter eos vixerat, melioris frugis illum fore existimabam, et ea intentione, ut firmandis in mea dioecesi Sacrae Unionis incrementis, immo in vicinis schismaticis propagationi illius Soc[ietatis] Iesu religioso, ad illam fidei catholicae et morum magistram mittebam quidenis? Vel quis me in hoc induceret, ut amarem et emerem tanti? Poenittere. Nam quos non tantum pro viatico statui illius et nomini meo congruos, sed etiam reliquis exigentiis contingentibus immpendi sumptus, aliis potius bonis operibus et comuni bono Ecclesia promovendo applicare, quam iisdem in illo Urbis et Orbis theatro, nomini et domus meae, quae publicis palatinatus et Reipublicae in antenatis meis functa, et nunc in aliis duobus fratribus meis fungitur muniis, tantum opprobrium emere mihi erat. Et ecce infelix ego vates, super eam votorum conceptorum frustrationem, quia potuis ignominiam, nulla unquam lacrimarum copia, sufficienter deplorandam ingemiscere cogor. Una tamen clementia eminentissimarum Suarum Celestudinum me solatur, quod illum remiserint. Viaticum eidem assignatum libenter iuxta suae Eminentissimae intimationem, uti minimorum nutuum observantissimus, etiam his ex occasione militis, in visceribus meae [526v] dioecesis hibernantis, pro suo in clerum respectu facilitando, extenuationibus meis non obstantibus exsolvere procurabo. Immo quoadusque supervixero omnia mea ad exsequenda sua mandata possibili submissione pen[..]re desudabo. Interim non tantum eminentissimae Celsitudinis vestrae, in qua confido, ne confundar, totum me protectioni subiicio, sed etiam quatenus caeterorum eminentissimorum candinalium benevolentiae meam insinuare imbecillitatem non dedignetur, humillime supplico. Cuius sacrae purpurae fimbriam devotissime exosculans quam demississime profiteor, quod sum in monasterio S[anctissi]mi Salvatoris d. 28 Xbris 1696 eminentissimae Celsitudinis Vestrae, domini, patroni et protectoris mei colendissimi continuus indignus ad aras exorator et humillimus servus.

Innocentius Winnicki[1] episcopus Premysliensis cum [vocabulum illegibile].

---

[1] Innocentius Winnicki (obiit anno 1713), epus unitus Premisliensis annis 1700–1710.

APPENDICES

A. 1.

Processus informativus commendatarii abbatiae Canonicorum Regularium Lateranensium Tremesnensis Nicolai Stanislai Święcicki[1] *ad episcopatum Kioviensem promovendi, cum Andreas Załuski, qui antea episcopi Kioviensis munus expleverat, ad episcopatum Plocensem*[2] *translatus esset. Processui informativo interfuerunt: episcopus Livonicus (Vendensis) Nicolaus Popławski, iesuitae: secretarius et theologus regius Carolus Mauritius Vota et Adamus Krasnodębski, et dominicani: confessarius regius Ambrosius Skopowski et Vincentinus Urbanowicz.*

***Or.**: ASV Arch. Concist., Processus Consist. 91, f. 85r-95r.*

[85r] **Processus informativus**

super vita, moribus, doctrina et idoneitate caeterisque requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Stanislai Święcicki commendatarii abbatiae Tremesnensis canonicorum regularium Lateranensium. Wincenty Urbanowiczrium promovendi (si sanctissimo domino nostro placuerit) ad episcopatum Kiioviensem vacantem, per translationem ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi d[omi]ni Andrea Załuski ad episcopatum Płocensem dictae cathedralis ecclesiasticae Kiioviensis ultimi et immediati possessoris, nec non super statu eiusdem ecclesiae, coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo d[omi]no d[omi]no Ioanne de Via archiepiscopo Thebarum et nuntio apostolico in Regno Poloniae.

[85v] **In Nomine Domini Amen.**

Anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, indictione Romana quarta, die vero ultima mensis Iunii, pontificatus autem s[anctissi]mi in Christo patris et domini nostri d[omi]ni Innocentii Divina Providentia Papae XII anno VI.

Coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo d[omi]no Ioanne Antonio de Via, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopo Thebarum, sanctissimi domini

---

[1] Nicolaus Stanislaus Święcicki, natus anno 1640 in Zuzela in dioecesi Posnaniensi, officialis Varsaviensis, annos 18 ad varia munera explenda missus est in Belgiam et Italiam, ex abbatia Canonicorum Regularium Lateranensium, ad episcopatum Posnaniensem translatus est die 18 V 1699.

[2] Andreas Chrysostomus Załuski, natus in Stołeck? in dioecesi Gnesnensi, commendatarius abbatiae Cisterciensium in Wąchock in dioecesi Cracoviensi, annis 1683–1697 epus Kioviensis, anno 1692 epus Plocensis, anno 1699 epus Varmiensis.

nostri domini Innocentii Divina Providentia Papae XII praelato domestico et assistente, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad totum Regnum Poloniae, et Magnum Ducatum Lithuaniae, cum facultatibus legati de latere nuntio apostolico, meque notario et cancellario infrascripto, comparens personaliter r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Stanislaus Święcicki abbatiae Tremesnensis administrator, exposuit optare se ex gratia et benignitate praefati sanctissimi domini nostri domini Innocentii Divina Providentia Papae XII, eiusque Sanctae Sedis Apostolicae promoveri ad ecclesiam cathedralem Kiioviensem vacantem per translationem ill[ustrissi]mi rev[erendissi]mi domini Andrea Załuski ad episcopatum Płocensem, ipsius ecclesiae Kiioviensis ultimi et immediati possessoris, deque eadem sibi provideri, ad petitionem serenissimi olim regis Poloniae, ideo ea, qua decet reverentia instetit apud Dominationem Suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam, ut processum inquisitionis super vita, moribus et idoneitate eiusdem, aliisque requisitis et super statu ecclesiae Kiioviensis formare dignaretur, iuxta sacri Concilii Tridentini decreta et constitutiones felicis recordationis Gregorii XIV ad hoc, ut Sanctitas Sua de omnibus et singulis bene informata possit et valeat pro sua pietate et zelo circa optimum dictae ecclesiae statum totiusque cleri et populi commodum et utilitatem consultius et utilius prospicere et providere omnibus.

Qui illustrissimus et rev[erendissi]mus d[omi]nus nuntius apostolicus suprascriptus praedicta admisit, si et in quantum, et petitionem huiusmodi iustam et rationabilem attendens, dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium per Dominationem Suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam ex officio vocandorum, et super interrogatoriis solitis examinandorum recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri, et per me notarium et cancellarium infrascriptum rogari, ac omnia et singula in publicam formam et publicum instrumentum sive documentum redigi mandavit, ut ita redacta suis loco et tempore ad praefatum sanctissimum dominum nostrum Papam transmitti valeant.

[86r-86v, 93r] „Professio Fidei": Ego Nicolaus Stanislaus Święcicki etc., v. Biliński ANP XXIV/1, p. 371-372.

[Attestatio Nuntii]

[86v] [a–]Ego infrascriptus fidei professionem, supra descriptam de verbo ad verbum emissam a r[everendo] p[atre] d[omino] Nicolao Stanislao Święcicki, nominato ad episcopatum Kiioviensem, recepi et ita testor manu propria.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus[–a]

[a–a] *autographum*

[Attestatio Notarii]

[86v] In Dei Nomine, Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a Nativitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, indictione Romana quarta, die vero vigesima quarta mensis Julii constitutus personaliter r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Stanislaus Święcicki commendatarius abbas Tremesnensis canonicorum regularium Lateranensium coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo domino d[omi]no [93r] Ioanne Antonio de Via archiepiscopo Thebarum et in Regno Poloniae nuntio ap[osto]lico, flexis genibus et Sacrosanctis Evangeliis, quae prae manibus habebat, tactis, medio iuramento, supradictam fidei professionem de verbo ad verbum, prout iacet, in manibus eiusdem ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi d[omi]ni nuntii ap[osto]lici emisit, praesentibus perillustribus rev[erendissi]mo et adm[odum] rev[erendo] d[omino] d[omino] Caietano De Ovis auditore g[ener]ali et iudice, et Petro Maria Ruggieri secretario scripti ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi d[omi]ni nuntii ap[osto]lici, domesticis et familiaribus testibus ad praemissa habitis atque rogatis.

Actum Varsaviae die, mense, anno, quibus supra, et in fidem me subscripsi signoque mei notariatus publici communivi.

[a–]Adalbertus Skwarczyński pub[li]cus sua auctoritate ap[osto]lica nuntii et nunciaturae apostolicae in Regno Poloniae cancellarius manu propria[–a]

[a–a] *autographum*

[87r] Interrogatoria ex officio facienda testibus secreto vocandis et examinandis super qualitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Stanislai Święcicki abbatis commendatarii Tremesnensis promovendi, si placuerit sanctissimo [domino nostro], ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae, ad cathedralem ecclesiam Kiioviensem.

1.um.

An testis cognoscat r[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Stanislaum Święcicki commendatarium abbatem Tremesnensem, quomodo, a quanto tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus?

2.um.

An sciat, in qua civitate et loco, vel dioecesi sit natus et quae sit causa scientiae?

3.um.

An sciat eum natum esse ex legitimo matrimonio atque honestis et catholicis parentibus, et quae sit causa scientiae?

4.um.

An sciat, cuius aetatis sit, praesertim, an expleverit annum trigesimum, et quae sit causa scientiae?

5.um.

An sciat eum esse in sacris ordinibus constitutum, a quo tempore citra, et praesertim ante sex menses, et quae sit causa scientiae?

6.um.

An sciat eum esse in ecclesiasticis functionibus diu versatum in susceptione Sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae?

7.um.

An sciat eum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae?

8.um.

An sciat eum praeditum esse innocentia vitae bonisque moribus et, an sit bonae conversationis et famae, et quae sit causa scientiae?

9.um.

An sciat eum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae?

10.um.

An sciat eum aliquo gradu in iure canonico vel in sacra theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore et quo fructu ipse theologiae vel iuri canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae?

11.um.

An sciat eum aliquo munere functum esse vel circa curam animarum aut regimen alicuius ecclesiae se exercuisse, et quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam quam quoad prudentiam, integritatem et mores, et quae sit causa scientiae?

12.um.

An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores sive doctrinam, vel aliquo corporis aut animi vitio, aliove impedimento canonico teneri, quominus possit ad episcopatum Kiioviensem promoveri, et quae sit causa scientiae?

[87v] 13.um.

An sciat, quod praefatus r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Stanislaus Święcicki possideat aliqua beneficia, quaenam sint et quantus singulorum reditus, an obligent ad residentiam, an ea in titulum vel in commendam, an pacifice vel non pacifice possideat, et an possit cedere in praeiudicium alicuius, si eorundem beneficiorum retentio ipsi concederetur, et quae sit causa scientiae?

14.um.

An eum idoneum existimet ad bene regendam ecclesiam cathedralem, et praecipue Kiioviensem, ad quam ipse est promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, et an ipsius promotionem eidem ecclesiae et dioecesi utilem et proficuam futuram esse censeat, et quare ita existimet?

Interrogatoria super statu ecclesiae Kiioviensis.

1.um.

An testis sciat, in qua provincia sita est civitas Kiioviensis, cuius qualitatis et magnitudinis sit, quot completur domibus et a quot Christifidelibus habitetur, cuius dominio in temporalibus subiaceat, et quae sit causa scientiae?

2.um.

An sciat in illa civitate esse ecclesiam cathedralem, sub qua invocatione, cuius structurae et qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

3.um.

An sciat, cui episcopo sit suffraganea, et de causa scientiae.

4.um.

An sciat, quot et quales sint in dicta ecclesia dignitates et canonicatus ac alia beneficia ecclesiastica, et quis numerus presbyterorum et clericorum ibi in Divinis servientium, quae sit dignitas maior post pontificalem, qualis sit reditus canonicatus et aliorum beneficiorum, et an adsit praebenda theologalis et poenitentiaria, et quae sit causa scientiae?

5.um.

An in ea cura animarum exerceatur, an sit in ea fons baptismalis, et de causa scientiae.

6.um.

An habeat sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili caeterisque rebus ad Divinum cultum ac etiam pontificalia exercenda necessariis; chorum, organum, campanile cum campanis, coemeterium, et quae sit causa scientiae?

7.um.

An sint in ea corpora vel aliquae insignes reliquiae sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae?

8.um.

An habeat domum pro episcopi habitatione, ubi et qualem, quantum distet ab ecclesia, et an reparatione indigeat, et quae causa scientiae?

9.um.

An sciat valorem redituum mensae episcopalis, ad quam summam annuatim ascendunt, in quibus consistunt, an sint aliqua pensione onerati, ad cuius vel quorum favorem [88r] dicta pensio est reservata, et quae sit causa scientiae?

10.um.

Quot existunt in dicta civitate ecclesiae parochiales, et an unaquaeque habeat fontem baptismalem, quot item existunt in illa collegiatae, quot monasteria virorum et mulierum, quot confraternitates et hospitalia, et an ibi sit mons pietatis, et quae sit causa scientiae?

11.um.

Quantum sit ampla dioecesis Kiioviensis, quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae?

12.um.

An in ea erectum sit seminarium, quot in eo aluntur pueri, et quae sit causa scientiae?

13.um.

An ipsa ecclesia Kiioviensis vacet, quomodo, a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae?

Die quinta Iulii 1696.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum ac rev[erendissi]mum d[omi]num nuntium apostolicum suprascriptum, in camera solitae audientiae suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae dominationis ill[ustrissi]mus et rev[erendissi]mus d[omi]nus Nicolaus Popławski[3], episcopus Livoniae et Pylthinesis, testis ex officio vocatus, et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus. Qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae ac rev[erendissi]mae tacto pectore iuravit etc. ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[evere]ndi patris d[omi]ni Nicolai Stanislai Święcicki administratoris abbatiae Tremesnensis Canonicorum Regularium Lateranensium promovendus, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae ad cathedralem ecclesiam Kiioviensem dixit et deposuit, prout infra videlicet.

Ad 1.mum.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Stanislaum Święcicki fere a 24. annis, ex quo fuimus ambo in aula serenissimorum regum, et etiam ill[ustrissi]mi d[omi]ni episcopi Posnaniensis antecessoris, caeterum non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris nec inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.um.

Est natus in dioecesi Posnaniensi, in qua habet diversa bona verum de praeciso loco nihil constat.

Ad 3.um.

R. Natus est ex legitimo matrimonio et catholicis nobilibusque parentibus causaque scientiae est, non tantum quod noverim matrem ipsius, verum etiam, quod sit praelatus, nempe decanus in cathedrali ecclesia Posnaniensis, ad quam non admittuntur, nisi legitime nati et ex nobili prosapia.

Ad 4.um.

R. Aetatem praecisam non novi, sed ex notitia personae [88v] et aspectu puto attingere quinquagesimum annum aetatis.

---

[3] Nicolaus Popławski, 15 I 1685–21 VII 1710.

Ad 5.um.

R. Est sacerdos forte a 20. annis, vidi enim illum saepius celebrantem in ecclesia Varsaviensi, tempore, quo erat scholasticus eiusdem ecclesiae.

Ad 6.um.

R. Valde est versatus in ecclesiasticis functionibus et frequens in susceptione Sacramentorum; causaque scientiae ex conversatione habita cum ipso a 24. annis, uti supra enunciatum.

Ad 7.um.

R. Non tantum catholicae vixit et in fidei puritate permansit, sed pietatem et zelum, quacumque data occasione, prae se tulit.

Ad 8.um.

R. Quod temporibus transactis fuerit aliquis rumor contra ipsius morum innocentiam, non possum negare, sed tunc putem similia potius ex aemulatione et simultatibus accidere, quam ex veritate rei et etiam a multis annis non audiuntur similia.

Ad 9.um.

R. Est vir gravis et prudens, et V[estrae] S[anctitatis] Il[lustrissimae] rerum praestantissimus, quod saepius probavit in administratione episcopatus Posnaniensis tempore praedecessoris episcopi moderni, in praesidentia supremi iudicii tribunalitii et ex legationibus in Italia et Belgio, immo ad ipsummet Sanctissimum cum singulari gloria impletis.

Ad 10.

R. Ordinarie nobiles non curant promotiones graduum et doctoratuum, sed hoc non impedit, quod d[omi]nus nominatus habeat sufficientem doctrinam et talem, quae deceat episcopum populi sui, doctorem et magistrum; causaque scientiae eadem, quae supra.

Ad 11.

R. Quas habuit subsequenter parochiales ecclesias Rokitnensem primo, postea Brochoviensem, quibus resignatis obtinuit officialatum Varsaviensem, in quibus optime se gessit, tum quoad doctrinam, tum etiam quoad prudentiam diligentiam et caetera.

Ad 12.

R. Nunquam publicum dedit scandalum, quod sciam, neque quoad doctrinam neque quoad mores, sicuti nec ullo tenetur animi vitio, quominus possit ad episcopatum promoveri, solum habet aliquem defectum in indice dextrae manus, cuius superior articulus aliquo infortunio ablatus fuit, verum cum de praesenti celebret, puto non esse impedimentum canonicatus.

Ad 13.

R. Possidet abbatiam Tremesnensem in commendam circiter [89r] a 12. annis pacifice, et decanatum Posnaniensem forte ab octo annis, quorum beneficiorum, si retentio ipsi concedatur, nullum sequitur praeiudicium, causaque scientiae est, quia ego quoque fui in cathedrali Posnaniensi et moris

est, ut episcopi, illi praesertim, qui habent ecclesias ab inimicis catholicorum occupatas, aliquam abbatiam in commendam obtineat.

Ad 14.

R. Ex praedictis patet dominum nominatum esse maxime idoneum ad bene regendam ecclesiam Kiioviensem, censeoque ipsam promotionem futuram esse utilem illi ecclesiae et dioecesi deploratae.

Extunc finito examine ill[ustrissi]mus d[omi]nus nuntius ill[ustrissi]mum d[omi]num episcopum licentiavit, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut sequitur, videlicet:

Et ita deposui ego Nicolaus Popławski episcopus Livoniae et Piltinensis manu propria.

Die nona.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum rev[erendu]m d[omi]num, quem supra et ubi supra, adm[odum] r[evere]ndus pater Carolus Mauritius Vota[4] Societatis Iesu Presbyter theologus regius, aetatis suae annorum 67, prout asserit et ex aspectu eius apparet, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus, qui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae dominationis suae tactis etc., iuravit etc., ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Stanislai Święcicki administratoris abbatiae Tremesnensis Canonicorum Regularium Lateranensium promovendi, si Sanctissimo D[omi]no nostro placuerit, ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae ad cathedralem ecclesiam Kiioviensem, dixit et deposuit, prout infra videlicet:

Ad 1.um.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Święcicki a 13 ferme annis occasione ipsa muneris referendarii regii, quod implebat a tempore, quo eram vocatus ad aulam, caeterum non sum ipsius consanguineus nec cognatus nec affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.um.

R. Non scio, quia illum tantum novi in aula.

Ad 3.um.

R. Publice habetur pro nato ex legitimo matrimonio, immo cum sit decanus Posnaniensis et abbas Tremesnensis, necessario debet esse nobilis, iuxta consuetudines Regni.

Ad 4.um.

R. Est plus quam quadragenarius, prout apparet ex ipso aspectu.

---

[4] Carolus Mauritius Vota, iesuita, secretarius regius temporibus Ioannis III Sobieski.

[89v] Ad 5.um.

Suppono ipsum esse in sacris ordinibus constitutum, et pro tali habetur in aula.

Ad 6.um.

R. Cum ego semper fuerim in aula apud serenissimum regem, non potui ista notare in ecclesiis Urbis vel Regni.

Ad 7.um.

R. Semper catholice vixit et in fidei puritate permansit, immo quacumque data occasione, cum summa pietate et zelo adhaesit Sanctae Sedi eiusdemque ministris.

Ad 8.um.

R. A tempore, quo ipsum novi, singularem innocentiam vitae et morum in ipso notavi, nec quidquam contrarium unquam audivi.

Ad 9.um.

R. Gravem, prudentem usuque rerum praestantem saepius expertus sum, tam in negotiis Regni quam in aliis particularibus, hocque facile percipere poteram, quia semper lateri serenissimi regis adhaesi.

Ad 10.

Non scio, an sit graduatus, etsi non dubitem de insigni capacitate ipsius saltem in iure canonico, cuius notitia est necessaria referendariis et ministris Regni, puto itaque ea doctrina et experientia pollere, quae in episcopo requiruntur ad hoc, ut alios docere possit.

Ad 11.

R. Scio esse abbatem cum iurisdictione, et non dubito, quin optime se gesserit, etiamsi non habeam certam notitiam.

Ad 12.

R. Quod dederit publicum scandalum, non constat, etsi aliqui rumores, de quibus tamen mihi certo non constat, ante plures annos fuerunt circa ipsius mores, vel falsos existimo vel per lapsum tot annorum integre peractae vitae obliterati sunt, de vitiis corporis vel animi aliisque canonicis impedimentis mihi non constat, praeter aliquem defectum in indice manus dextrae.

Ad 13.

R. Illum possidere abbatiam, commendam et aliquam aliam praelaturam.

Ad 14.

R. Ipsum maxime idoneum puto ad bene regendam ecclesiam cathedralem, censeoque ipsam promotionem futuram esse utilem et proficuam ecclesiae Kiioviensi.

Extunc finito examine ill[ustrissi]mus d[omi]nus testem dimisit, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit ut infra.

Ita deposui pro veritate ego Carolus Mauritius Vota, Societatis Iesu theologus regius manu propria.

Die decima quarta.

[90r] Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erendissi]mum d[omi]num, quem supra et ubi supra, adm[odum] r[everendus] p[ater] Ambrosius Skopowski[5] Ordinis Praedicatorum congregationis sancti Ludovici Bertrandi, regiarum m[aiestat]um confessarius, aetatis suae annorum sexaginta quattuor, prout asserit et ex aspectu eius apparuit, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus, qui delato sibi iuramento de veritate dicenda, prout tactis, etc. iuravit etc. in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Stanislai Święcicki administratoris abbatiae Tremesnensis Canonicorum Regularium Lateranensium promovendi, si Sanctissimo D[omi]no n[ost]ro placuerit, ad episcopatum Kiioviensem. Dixit et deposuit, prout infra videlicet.

Ad 1.um.

R. R[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Stanislaum Święcicki fere a 20. annis novi occasione, qua frequentabat nostrum monasterium, quod fuit fundatum ab ipsius fratre episcopo Chełmensi; caeterum non sum ipsius consanguineus, cognatus aut affinis, nec nimium familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

Ad 2.um.

R. Non scio, sed ordinarie nobiles nascuntur in suis arcibus in agro.

Ad 3.um.

R. Non novi parentes ipsius, attamen episcopus Chełmensis non haberet ipsum pro fratre, nisi ex proprio patre et ex legitimo matrimonio natus esset.

Ad 4.um.

R. Ex facie apparet eum excessisse annum quadragesimum et forte non distare a quinquagesimo.

Ad 5.um.

R. Est presbyter a multis annis, celebrantemque saepissime vidi.

Ad 6.um.

R. Puto me illum audivisse cantantem solemne Sacrum, sed non bene recordor, caeterum de frequentia et devotione in suscipiendis Sacramentis possum testari usque ad initium anni transacti, quo tempore missus fuit in Belgium regius ablegatus, unde non rediit, nisi ultimis istis diebus, paulo ante obitum serenissimi regis.

Ad 7.um.

R. Nunquam audivi ipsum nec in minimo defecisse a catholico ritu vel puritate fidei.

---

[5] Ambrosius Skopowski, Dominicanus Observans, confessarius Ioannis III Sobieski regis.

Ad 8.um.

R. Puto ipsum esse praeditum innocentia vitae bonisque moribus; saltem gaudet bona fama, qua deficiente, non [90v] habuisset aestimationem aulae nostrae, sicuti habebat.

Ad 9.um.

R. Non dubito de prudentia ipsius cum serenissimus rex illum saepissime impenderit in negotiis magni momenti.

Ad 10.

Mihi non constat, an sit graduatus in iure canonico vel in sacra theologia, verum tamen puto ex supradictis ipsum pollere ea doctrina, quae in episcopo requiritur ad docendos alios.

Ad 11.

Puto illum fuisse parochum in aliqua ecclesia, unde postea electus fuit ad officialatum Varsaviensem, quo munere, vivente praedecessore moderni episcopi, functus est egregie.

Ad 12.

R. Nunquam audivi illum scandalum dedisse nec circa fidem, nec circa mores, doctrinam aut alia, puto etiam nullo canonico impedimento teneri in animo vel in corpore, praeter parvum defectum in indice manus dextrae (qui non videtur enormis) quominus ad infulas episcopales promoveri possit.

Ad 13.

R. Possidet abbatiam Tremesnensem in commendam, cuius reditus non scio, puto tamen ipsum retentionem non cessuram in praeiudicium tertii, praecipue cum ipsius episcopatus in hostico.

Ad 14.

R. Puto illum esse idoneum ad regendam ecclesiam cathedralem, censeoque illius promotionem proficuam futuram illi ecclesiae, quia semper in rebus agendis dexteritatis experimentum praebuit.

Extunc finito examine testis dimissus, iniuncto ipsi, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut infra. Ita deposui pro veritate ego frater Ambrosius Skopowski sacerdos professus Ordinis Praedicatorum confessarius maiestatum regiarum Poloniae.

Die 16ta.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erend]um d[omi]num, quem supra et ubi supra, adm[odum] r[evere]ndus pater Adamus Krasnodębski Societatis Iesu s[acrae] th[eologiae] d[octor] et sacrorum canonum professor, aetatis suae annorum 69, prout asserit et ex aspectu eius apparet, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam [91r] secreto examinatus, cui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae tactis etc.

iuravit etc. ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[evere]ndi patris d[omini] Nicolai Stanislai Święcicki administratoris abbatiae Canonicorum Regularium Lateranensium promovendi, si S[antissi]mo D[omi]no n[ost]ro placuerit, ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae, ad ecclesiam Kiioviensem dixit et deposuit, prout infra, videlicet.

Ad 1.um.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Stanislaum Święcicki a 16 fere annis, cum essem lector theologiae eodem tempore, quo ipse agebat officialem Varsaviensem praedefuncti episcopi Posnaniensis, caeterum non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nec nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.um.

R. Non scio.

Ad 3.um.

R. Possibile habetur, tanquam ill[ustrissi]mus et nobilis, alias non fuisset referendarius Regni, nec praelatus in ecclesiis cathedralibus, nec praesidens in supremo tribunali, ad quae omnia requiritur legitimitas et nobilitas ex utroque stipite.

Ad 4.um.

R. Ex facie ipsius apparet eum non esse multo minorem quinquagenario.

Ad 5.um.

R. Est sacerdos saltem a tempore, quo cum novi, causaque scientiae est, quia illum saepius celebrantem vidi.

Ad 6.

R. Est versatus, quantum adverti in ecclesiasticis functionibus, nec minus devotus et frequens est in susceptione Sacramentorum, saepissime enim ipsius confessiones excepi.

Ad 7.

R. Nunquam audivi aliquid contra ipsius pietatem, quodque posset fidei puritatem, quam professus est, violare.

Ad 8.um.

R. Nunquam audivi quidquam in praeiudicium ipsius famae aut innocentiae vitae.

Ad 9.um.

Non dubito de prudentia et praestantia ipsius, cum aliquoties fuerit adhibitus a serenissimo pie defuncto in legationibus maximi momenti.

Ad 10.

R. Nobiles nostrates ordinarie negligunt hosce gradus, quare non puto ipsum simili honore esse insigni[91v]tum, nec in iure canonico nec in sacra theologia, existimo tamen ea pollere doctrina, quae in episcopo requiritur ad suam regendam ecclesiam.

Ad 11.

Non scio, an unquam habuerit curam animarum, tantum audivi collatam ipsi fuisse abbatiam, sed ignoro, an administraverit vel non.

Ad 12.

R. Non scio, an unquam dederit aliquod scandalum publicum, sicuti nec mihi perspectum est, an ullo laboret corporis vel animi vitio aliove canonico impedimento, quominus ad episcopatum promoveri possit, nisi pro tali habeamus defectum aliquem in indice manus dextrae, quo tamen non obstante, celebrat.

Ad 13.

R. Non scio qualitatem beneficiorum, etiamsi certo concludere possim eundem possidere beneficia in Gnesnensi dioecesi, quia tanquam membrum illius ecclesiae fuit praeses in supremo tribunali, si quae tamen habet beneficia, poterunt immo debebunt ipsi servari, quia ecclesia Kiioviensis est tota desolata et ab hostibus catholici nominis occupatur.

Ad 14.

R. Si aliqua utilitas posset concedi statui praesenti ecclesiae Kiioviensi, illam certe procurabit rev[erendi]mus nominatus propria industria et sedulitate, quare proficuam censeo futuram eidem ecclesiae et dioecesi ipsius promotionem ad infulas episcopales.

Extunc finito examine, testem ill[ustrissi]mus d[omi]nus nuntius licentiavit, iniuncto, et ut se subscribat, prout fecit.

Adamus Krasnodębski Societatis Iesu s[acrae] th[eologiae] d[octor] et s[anctorum] canonum professor ita deposui pro veritate manu propria.

Die 23.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erend]um d[omi]num, quem supra et ubi supra, adm[odum] r[evere]ndus pater Vincentius Urbanovius Ordinis Praedicatorum s[acr]ae th[eologiae] praesentatus, aetatis suae annorum 54, prout asserit et ex aspectu eius apparet, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus; qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae tactis etc. iuravit etc., [92r] ad opportunas interrogationes super statu ecclesiae Kiioviensis, dixit et deposuit prout infra videlicet.

Super 1.o.

R. Civitas Kiioviensis est sita ad limites Volhynia sub Moscho, continet quinquies millies domuum, habitatur a Graecis schismaticis; si qui sunt catholici, clandestine vivunt, et haec scio, quia bis transivi per illam civitatem et mansi in Moschovia per novem menses.

Super 2.o.

R. Cathedralem obtinet metropolita Kiioviensis ipsiusque titulus mihi est ignotus.

Super 3.o.

R. Est metropolitana ecclesia non suffraganea et in spiritualibus pendet a patriarcha schismatico Moschorum.

Super 4.o.

Et usque ad octavam R[esurrectionis] omnia vitia reperiebantur Kiioviae tempore, quo iuberat Polonis, modo vero per mutationem dominii omnia subversa.

Super 9.o.

R. Nulli sunt reditus ab annis fere triginta, scilicet postquam fuit occupata a Moschis.

Super 10.o.

R. Refero me ad superius dicta.

Super 11.o.

R. Dioecesis Kiioviensis erat amplissima, extendens se ad quadraginta milliaria Polonica in latitudine, et plus etiam in longitudine.

Super 12.o.

Non est seminarium.

Super 13.o.

R. Titulus episcopi Kiioviensis vacat a quattuor annis tunc, cum ill[ustrissi]mus d[omin]us Załuski translatus fuit ad episcopatum Płocensem.

Extunc finito examine, testis dimissus, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscriberet, prout fecit, ut infra.

Ita deposui pro veritate fr[ater] Vincentius Urbanovius sacrae theologiae praesentatus manu propria.

[Attestatio Nuntii]

[a–]Supradictis testibus adhibendam esse plenam fidem censeo et de promovendo bene iudico.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus[–a]

[a–a] *autographum*

Deinde idem r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Stanislaus Święcicki ad dicendum de legitimis natalibus, ordinibus rite susceptis aliisque etc. exhibuit documentum infrascriptum, Stanislaus Hiacynthus in Święcice Święcicki[6] episcopus [92v] Chełmensis nominatus Culmensis abbas Lubinensis, quorum interest, notum testatumque facio fide episcopali.

---

[6] Stanislaus Hyacinthus Święcicki, epus Culmensis annis 1677–1696, abbas commendatarius Lubinensis, anno 1696 epus nominatus Chelmensis.

Quia ego anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo ex illustri prosapia natum ill[ustrissi]mum et rev[erendissi]mum Nicolaum in eadem Święcice Święcicki ex legitimis parentibus, scilicet Abrahamo Święcicki de stemmate Jastrzębiec seu Accipiter, et matre Anna de Lubikowo Lubikowska de stemmate Gozdawa procreatum, in ecclesia parochiali Zuzeliensi baptisavi eique nomen Nicolaus imposui. Et cum eadem ecclesia Zuzeliensis[7] per incursionem hostilem Sueticam cum libris metrices et tota supellectili combusta sit, hoc testimonium eidem do et consigno. Tempore autem eiusdem belli Suetici, dum in Dantiscana urbe[8] manebamus, eundem Nicolaum nomine Stanislaus confirmavi et Sacrum Confirmationis Sacramentum eidem contuli. Postmodum ante abdicationem regis Poloniae Ioannis Casimiri[9] Varsaviae in ecclesia collegiata Sancti Ioannis Baptistae, in capella Beatissimae Mariae Virginis eundem supradictum Nicolaum ad quattuor ordines minores, observata omni solennitate, promovi et ordinavi tandem ad subdiaconatum et diaconatum ac presbyteratum usque, in eadem ecclesia distinctis temporibus consecravi et presbyterum feci. De quo, quod ita est, fidem facio et verbo episcopali attestor. Dabantur circa cathedram meam episcopalem in Russia permanentem Skierbieviciis, die decima octava mensis Iulii anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

Nicolaus Święcicki
Episcopus Chełmensis (locus + sigilli)

Quibus omnibus et singulis, ut supra, gestis idem r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Stanislaus Święcicki petiit subscriptum processum, seu illius copiam, in forma authentica extradi, et sigillo munitam consignari ad effectum ad Almam [94r] Urbem transmittendi pro expeditione omnis.

Quocirca nos Ioannes Antonius De Via archiepiscopus Thebarum et nuncius apostolicus antedictus processum clausum et sigillatum, seu verius copiam illius, in publica et authentica forma concedendum et extradendum esse duximus, decernentes praefatis omnibus et singulis, tanquam rite et legitime gestis, ubique locorum plenariam et indubitatam fidem ab omnibus et singulis in iudicio et extra adhibendam esse. In quorum praemissorum fidem et testimonium praesentes manu nostra ac infrascripti notarii cancellarii nostri subscriptas, sigilli nostri impressione communiri fecimus.

Datum Varsaviae, die 30 mensis Iulii anno D[omi]ni millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

[a–]I[oannes] A[ntonius] archiep[iscopus] Thebarum nuntius ap[osto]licus[–a]

[a–a] *autographum* [sigillum aridum]

[7] Zuzela.
[8] Gedania.
[9] Ioannes Casimirus rex, regnum abdicavit anno 1668.

[Attestatio Notarii]

Et quia ego Adalbertus Skwarczyński publicus sacra auctoritate ap[osto]lica notarius et ill[ustrissi]mi ac rev[erendissi]mi d[omi]ni d[omi]ni Ioannis Antonii De Via archiepiscopi Thebarum et nuncii ap[osto]lici in Regno Poloniae etc. cancellarius memoratae inquisitioni et testium examini per eundem ill[ustrissi]mum et rev[erendissi]mum dominum nuntium ap[osto]licum habitae et receptae personaliter requisitus interfui, necnon iuramenta testium praenominatorum solemniter vidi et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redegi. Idcicro hoc examen et totum hunc inquisitionis processum propria manu subscripsi. Actum Varsaviae in cancellaria Nuntiaturae Apostolicae Regni Poloniae etc. hac die ultima Iulii anno D[omi]ni 1696.

Adalbertus Skwarczyński pub[lic]us notarius s[anct]a auc[toritate] ap[ostoli]ca et cancellarius, qui supra manu propria.

[94v] Ex deductis in praesenti processu censeo supradictum illustrissimum dominum Nicolaum Stanislaum Swiecieski presbyterum Posnaniensis dioecesis esse dignum, ut supradictae ecclesie Kiioviensi in episcopum praeficiatur et pastorem[10].

[a-]Carolus cardinalis Barberinus manu propria[-a11]

[a-]A[lderano] cardinalis Cybo[-a12]

[a-]Franc[isc]us Chr. cardinalis Maidalchinus[-a13]

[a-]B[enedetto] Pamphilius[-a14]

[95v] Chioviensi 1697

---

[10] Manu Innocentii XII papae.

[11] Manu card. Caroli Barberini (1630–1704), qui fuit consanguineus Urbani VIII papae. In consistorio die 23 VI 1653 habito creatus est cardinalis-diaconus ab Innocentio X. Anno 1698 praefectus Congregationis de Propaganda Fide. Anno 1702 legatus a latere Neapolitanus Philippo V, regi Hispaniae, gratulatus est. Cardinalis-protector Poloniae. Conclavibus annis 1655, 1667, 1669–1670, 1676, 1689, 1700 habitis interfuit.

[12] Manu card. Alderani Cibo (Cybo, 1613–22 VII 1700). Referendarius Signaturae Apostolicae Iustitiae et Gratiae. Anno 1644 maiordomus palatiorum apostolicorum. In consistorio die 6 III 1645 habito cardinalis-presbyter ab Innocentio III factus est. Anno 1646 legatus pontificius Urbinatensis, anno 1648 Romandiolanus. Anno 1651 Ferrariensis. Anno 1656 episcopus Iesicus. Episcopatu se abdicavit anno 1671. Secretarius status annis 1676–1689 Innocentio X pontifice maximo. Anno 1679 cardinalis-episcopus Palestrinus. Annis 1677–1690 legatus Avennionensis. Anno 1680 cardinalis-episcopus Tusculi Inferioris. Anno 1683 cardinalis-episcopus Portucalensis et Rufinopolitanus. Vice-decanus Collegii Cardinalium. Anno 1687 cardinalis-episcopus Ostiensis et Veliternus. Anno 1687 decanus Collegii Cardinalium. Conclavibus annis 1667, 1669–1670, 1676, 1689, 1691 habitis interfuit.

[13] Manu card. Maidalchini (Maldacchini, Maldachini) Francisci (Angeli) (1630–10 vel 13 VI 1700). Abbas commendatarius Martinopolitanus, Sancti Gaudentii Ariminensis, S. Pancratii extra muros. In conclavi die 7 X 1647 habito cardinalis-diaconus ab Innocentio X factus est. Conclavibus annis 1655, 1667, 1669–1670, 1676, 1689, 1691 habitis interfuit.

[14] Manu card. Benedicti Pamphili (1653–1730), qui fuit consanguineus Innocentii X. Ad Ordinem Sancti Ioannis Hierosolymitani sese applicavit. Cardinalis-diaconus ab Innocentio XI in consistorio die 1 IX 1681 habito factus est. Anno 1685 praefectus Tribunalis Signaturae

A. 2.

Acta processus informativi Nicolai Wyżycki[1] *canonici regularis Lateranensis, abbatis Cervenscensis in episcopatum Chelmensem, post ep[iscop]um Chelmensem Stanislaum Hyacinthum Święcicki*[2]*, qui episcopus Culmensis factus est. Processui interfuit episcopus Livonicus Nicolaus Popławski*[3]*, orator sacer regius, Augustinianus Chrysostomus Gołębiowski, theologus et secretarius regius, Iesuita Carolus Mauritius Vota, et Paulus Chotecki archidiaconus Chelmensis, Lucas Okozalski, prior Conventus Varsaviensis Dominicanorum, Casimirus Wiwszczycki, canonicus cathedrae Chelmensis.*

***Or.**: ASV Arch. Concist., Processus Consist. 93, f. 105r-114v.*

[105r] Processus informativus super vita, moribus, doctrina et idoneitate caeterisque requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Wyzycki[4] abbatis Cervenensis Canonicorum Regularium Lateranensium promovendi (si Sanctissimo Domino nostro placuerit) ad ecclesiam cathedralem Chełmensem, vacaturam per translationem (si sequatur) ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi domini Stanislai Hiacynthi Święcicki[5] ad episcopatum Culmensem, dictae cathedralis ecclesiae Chełmensis ultimi et immediati possessoris; nec non super statu eiusdem ecclesiae, coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo d[omi]no d[omi]no Ioanne de Via archiepiscopo Thebarum et nuntio apostolico in Regno Poloniae.

[105v] In nomine Domini Amen.

Anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, indictione Romana quarta, die vero decima quinta mensis Octobris, pontificatus autem S[anctissi]mi in Christo Patris et d[omi]ni n[ost]ri d[omi]ni Innocentii Divina Providentia Papae XII. anno VII, Varsaviae.

Apostolicae Iustitiae et Gratiae. Anno 1690 legatus Bononiensis. Cardinalis prodiaconus. Anno 1700 protector et superannonarius portus Antiatis. Anno 1704 Bibliothecarius S.R.E. Conclavibus annis 1689, 1691, 1700, 1724 habitis interfuit.

[1] Nicolaus Gerardus Wyżycki. Natus in Jazłowiec, baptizatus 18 III 1649, abbas Monasterii Cervenscensis, parochus Mestoviensis. Die 11 IV 1699 episcopus Chelmensis. Mortuus est die 5 I 1705.

[2] Stanislaus Hyacinthus Święcicki, tit. Episcopus Spigacensis et suffraganus Samogitiensis. Annis 1677–1696 epus Chelmensis, abbas commendatarius Lubinensis, anno 1696 episcopus nominatus Culmensis.

[3] Nicolaus Popławski, annis 1685–1701 episcopus Livonicus (Vendensis), aepus Leopoliensis anno 1710.

[4] Nicolaus Gerardus Wyżycki, abbas commendatarius monasterii Cervenscensis, O.C.S. Aug. epus Culmensis anno 1699.

[5] Nicolaus Stanislaus Święcicki, epus Culmensis, v. A. 1. adn. 1.

Coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo d[omi]no Ioanne Antonio de Via, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopo Thebarum, Sanctissimi Domini n[ost]ri d[omi]ni Innocentii Divina Providentia Papae XII praelato domestico et assistente, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere nuntio apostolico, meque notario et cancellario infrascripto comparens personaliter r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Wyzycki abbas Cervenensis, praepositus Mstoviensis Canonicorum Regularium Lateranensium, exposuit optare se ex gratia et benignitate praefati Sanctissimi D[omi]ni n[ost]ri D[omi]ni Innocentii Divina Providentia Papae XII eiusque Sanctae Sedis Apostolicae promoveri ad ecclesiam cathedralem Chełmensem, vacaturam per translationem (si sequatur) ill[ustrissi]mi rev[erendissi]mi d[omi]ni Stanislai Hiacynthi Święcicki ad episcopatum Culmensem, ipsius ecclesiae Chełmensis ultimi et immediati possessoris, deque eadem sibi provideri ad petitionem serenissimi olim regis Poloniae. Ideo ea, qua decet, reverentia instetit apud dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam, ut processum inquisitionis super vita, moribus et idoneitate eiusdem aliisque requisitis, et super statu ecclesiae Chełmensis formare dignaretur iuxta sacri concilii Tridentini decreta et constitutiones felicis recordationis Gregorii XIV ad hoc, ut Sua Sanctitas, de omnibus et singulis bene informata, possit et valeat pro sua pietate et zelo, circa optimum dictae ecclesiae statum totiusque cleri et populi commodum et utilitatem consultius et utilius prospicere et providere omnia.

Qui illustrissimus et rev[erendissi]mus d[omi]nus nuntius apostolicus sumptis praedictis admisit [106r] si et inquantum petitionem huiusmodi iustam et rationabilem attendens, dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam ex officio vocandorum et super interrogatoriis solitis examinandorum recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri et per me, notarium et cancellarium infrascriptum, rogari ac omnia et singula in publicam formam et publicum instrumentum sive documentum redigi mandavit, ut ita redacta suis loco et tempore ad praefatum Sanctissimum D[omi]num nostrum Papam transmitti valeant.

Interrogatoria ex officio facienda testibus secreto vocandis et examinandis super qualitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Wyżycki abbatis Czervenensis promovendi, si placuerit Sanctissimo D[omi]no nostro ad supplicationem serenissimi olim Regis Poloniae ad ecclesiam cathedralem Chełmensem.

1.um.

An testis cognoscat reverendum patrem dominum Nicolaum Wyzycki, abbatem Cervenensem canonicorum regularium Congregationis Lateranen-

sium, quomodo a quanto tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus?

2.um.

An sciat, in qua civitate vel loco et dioecesi sit natus, et quae sit causa scientiae?

3.um.

An sciat eum natum esse ex legitimo matrimonio atque honestis et catholicis parentibus, et quae sit causa scientiae?

4.um.

An sciat, cuius aetatis sit, praesertim, an expleverit annum trigesimum et quae sit causa scientiae?

5.um.

An sciat eum esse in sacris ordinibus constitutum, a quo tempore, citra et praesertim ante sex menses, et quae sit causa scientiae?

6.um.

An sciat eum esse in ecclesiasticis functionibus diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae?

7.um.

An sciat eum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae?

8.um.

An sciat eum praeditum esse innocentia vitae bonisque moribus, et an sit bonae conversationis et famae, et quae sit causa scientiae?

9.um.

An sciat eum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae?

10.um.

An sciat eum aliquo gradu in iure canonico vel in sacra theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore et quo fructu ipse theologiae vel iuri canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae?

11.um.

An sciat eum aliquo munere functum esse, vel circa curam animarum [106v] aut regimen alicuius ecclesiae se exercuisse et quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam quam quoad prudentiam, integritatem et mores, et quae sit causa scientiae?

12.um.

An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores sive doctrinam, vel aliquo corporis aut animi vitio aliove canonico impedimento teneri, quominus possit ad ecclesiam cathedralem Chełmensem promoveri, et quae sit causa scientiae?

13.um.

An sciat, quod praefatus r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Wyżycki possideat aliqua beneficia, quaenam sint et quantus singulorum reditus, an obligetur ad residentiam, an ea in titulum vel in commendam, an pacifice vel non pacifice possideat, et an possit cedere in alicuius praeiudicium, si eorundem beneficiorum retentio ipsi concederetur, et quae sit causa scientiae?

14.um.

An eum idoneum existimet ad bene regendam ecclesiam cathedralem, et praecipue Chełmensem, ad quam ipse est promovendus, an dignus, qui ad illam promoveatur, et an ipsius promotionem eidem ecclesiae et dioecesi utilem et proficuam futuram esse censeat et quare ita existimet?

Interrogatoria super statu ecclesiae Chełmensis.

1.um.

An testis sciat, in qua provincia sita sit civitas Chełmensis, cuius qualitatis et magnitudinis sit, quot compleatur domibus et a quot Christi fidelibus habitetur, cuius dominio in temporibus subiaceat, et quae sit causa scientiae?

2.um.

An sciat in illa civitate esse ecclesiam cathedralem, sub qua invocatione, cuius structurae et qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

3.um.

An sciat, cui archiepiscopo sit suffraganea, et de causa scientiae?

4.um.

An sciat, quot et quales sint in dicta ecclesia dignitates et canonicatus ac alia beneficia ecclesiastica, et quis numerus presbyterorum et clericorum ibi in Divinis inservientium, quae sit dignitas maior post pontificalem, qualis sit reditus canonicatus et aliorum beneficiorum, et an adsit praebenda theologalis et poenitentiaria, et quae sit causa scientiae?

5.um.

An in ea cura animarum exerceatur, an sit in ea fons baptismalis, et de causa scientiae?

6.um.

An habeat sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili caeterisque rebus ad Divinum cultum ac etiam pontificalia exercenda necessariis, chorum, organum, campanile cum campanis, coemeterium, et quae sit causa scientiae?

7.um.

An sint in ea corpora vel aliquae insignes reliquiae Sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae?

8.um.

An habeat domum pro episcopi habitatione, ubi et qualem, quantum distet ab ecclesia, et an reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

9.um.

An sciat valorem redituum mensae episcopalis, ad quam summam annuatim [107r] ascendant, in quibus consistant, an sint aliqua pensione onerati, ad cuius vel quorum favorem dicta pensio est reservata, et quae sit causa scientiae?

10.um.

Quot exsistunt in dicta civitate ecclesiae parochiales, et an unaquaeque habeat fontem baptismalem, quot item exsistant in illa collegiatae, quot monasteria virorum et mulierum, quot confraternitates et hospitalia, et an ibi sit mons pietatis, et quae sit causa scientiae?

11.um.

Quantum sit ampla dioecesis Chełmensis, quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae?

12.um.

An in ea erectum sit seminarium, quot in eo aluntur pueri, et quae sit causa scientiae?

13.um.

An ipsa ecclesia Chełmensis vacet, quomodo, a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae?

Die 20 Octobris 1696

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum ac rev[erendissi]mum d[omi]nu[m] nuntium apostolicum suprascriptum in camera solitae audientiae suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae dominationis ill[ustrissi]mus et rev[erendissi]mus dominus Nicolaus Popławski[6], episcopus Livoniae et Pylthinensis, testis ex officio vocatus, et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus; qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae ac rev[erendissi]mae tacto pectore iuravit etc. ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis re[evere]ndi patris d[omi]ni Nicolai Wyzycki abbatis Cervenensis promovendi, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae ad cathedralem ecclesiam Chełmensem, dixit et deposuit, prout infra.

Ad 1.mum.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Wyżycki a 16 circiter annis, occasione frequentandi aulam, quia ordinarie erat apud serenissimum; caeterum non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, nec inimicus aemulus vel odiosus.

---

[6] Nicolaus Popławski, epus Vendensis die 15 I 1685, aepus Leopoliensis anno 1710.

Ad 2.um.

R. Non constat mihi, in quo loco sit natus, sed cum sit ex palatinatu Rusiae, debet in aliqua civitate illic originem habere.

Ad 3.um.

R. Semper habitus fuit pro legitimo filio d[omi]ni Wyżycki militis insignis, cuius notitiam habui, dum esset in Vinis.

Ad 4.um.

R. Absque dubio excedit annum trigesimum, cum sit abbas a longo tempore, verum mihi non constat certa ipsius aetas.

Ad 5.um.

R. Puto illum esse sacerdotem a tempore, quo illum novi, nam vidi multoties celebrantem.

Ad 6.um.

R. Quantum possum colligere, est versatus in ecclesiasticis functionibus; caeterum, cum multoties celebrantem illum viderim, puto esse frequentem in susceptione Sacramentorum.

Ad 7.um.

R. Nihil contrarium fidei et catholicae religioni de ipso unquam audivi.

Ad 8.um.

R. Puto illum esse praeditum innocentia vitae, nec aliquid contrarium bonis moribus audivi, nisi quod aliquoties hilaris fieret, genio regis ad potum inclinato indulgendo.

Ad 9.um.

R. Habet prudentiam et praestantiam in rebus gerendis, quam [107v] probavit in negotiis publicis, quibus tanquam secretarius Regni fuit addictus.

Ad 10.

R. Nescio, utrum sit insignitus nullo gradu in iure canonico vel in sacra theologia, caeterum puto illum pollere sufficienti doctrina ad hoc, ut possit alios tanquam Episcopus docere.

Ad 11.

R. Nullas audivi querelas de ipsius regimine, tam in praepositura Mstoviensi quam in abbatia Cervenensi, et quietius semper fuit regimen Mstoviense quam Cervenense.

Ad 12.

R. Nunquam audivi scandalum aliquod illum dedisse, vel circa fidem vel circa mores, sicuti nullo corporis aut animi vitio aliove canonico impedimento laborare, scio quominus ad episcopatum promoveri possit.

Ad 13.

R. Iam insinuavi ipsum habere praeposituram Mstoviensem et abbatiam Cervenensem, de praepositurae Mstoviensis reditibus nihil certi asserere possum, quamvis communis opinio sit beneficium illud non esse tenue; abbatiae Cervenense reditus ascendunt forte ad quindecem millia florenorum;

tam praepositura quam abbatia ex natura sua obligant ad residentiam. Praeposituram habet in titulum, ad abbatiam fuit electus, sed necdum illam pacifice possidet, habuit enim opponentem aliquem patrem Małowieski, cui erat provisum de eadem abbatia absque auctoritate Sanctae Sedis. An retentio istorum beneficiorum possit cedere in alicuius praeiudicium, non est meum definire.

Ad 14.

R. Existimo illum esse idoneum ad bene regendam ecclesiam Chełmensem, speroque promotionem ipsius futuram proficuam et ipsi, et ecclesiae, et dioecesi.

Extunc finito examine, ill[ustrissi]mus d[omi]nus nuntius ill[ustrissi]mus d[omi]nus episcopum licentiavit, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut sequitur:

Et ita attestor ego Nicolaus Popławski, episcopus Livoniae et Piltinensis, manu propria.

Die quinta Novembris.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum rev[erendissimu]m d[omi]num, quem supra, adm[odum] r[evere]ndus Pater Chrisostomus Gołębiowski[7] Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, s[acrae] th[eologiae] d[octor], ordinarius concionator regius, aetatis suae annorum 42, ut asserit et ex aspectu eius apparet, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus qui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae tactis etc. iuravit etc. ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Wyżycki abbatis Cervenensis, promovedi, si sanctissimo d[omi]no Nostro placuerit, ad cathedralem ecclesiam Chełmensem dixit et deposuit, prout infra, videlicet.

[108r] „Professio Fidei". Ego Nicolaus Geraldus a Wyżyce Wyzycki etc., v. Biliński ANP XXIV/1, p. 371-372.

[Attestatio Nuntii]

[108v] Ego infrascriptus fidei professionem supradescriptam, de verbo ad verbum emissam a r[everendo] p[atre] d[omino] Nicolao Wyzycki nominato ad episcopatum Chełmensem, recessi, et ita testor manu propria.

[a–a]I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus manu propria[a–a]

[a–a] *autographum*

---

[7] Chrysostomus Gołębiowski.

[Attestatio Notarii]

[108v] In Dei nomine Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, indictione Romana IV, die vero tertia mensis Decembris, constitutus peronaliter r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Wyżycki abbas Cervenensis canonicorum regularium Lateranen[sium] coram ill[ustrissi]mo et rev[erendissi]mo [111r] domino d[omi]no Ioanne Antonio de Via archiepiscopo Thebarum et in Regno Poloniae nuntio ap[osto]lico flexis genibus et Sacrosanctis Evangeliis, quae prae manibus habebat, tactis, medio iuramento supradictam fidei professionem de verbo ad verbum, prout iacet, in manibus eiusdem ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi d[omi]ni nuntii ap[osto]lici emisit, praesentibus perillustribus rev[erendissi]mo et ad[modu]m r[evere]ndo Francisco Libowicz capellano ill[ustrissi]mi et rev[erendissi]mi d[omi]ni nuntii ap[osto]lici supradicti domestico et familiari, et d[omi]no Petro Francisco Mordanesio Romano, testibus ad praemissa vocatis, habitis atque rogatis.

Actum Varsaviae die, mense, anno, quibus supra, et in fidem me subscripsi signoque mei notariatus publici communivi.

[a–a]Adalbertus Skwarczyński pub[li]cus s[anct]a auctoritate ap[osto]lica nuntii et nunciaturae ap[osto]licae in Regno Poloniae cancell[arii] manu propria[a–a]

[a–a] *autographum*

[109r] Ad 1.um.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Wyżycki plus quam a 10 annis, dum aulam frequentarem in munere concionatoris regii; caeterum non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nec nimium familiaris, aut inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.um.

R. Nescio.

Ad 3.um.

Uti supra, sed cum non admittantur ad praelaturas etiam monachales, nisi ex legitimo matrimonio et stirpe nobili orti, apparenter utraque praerogativa fruetur.

Ad 4.um.

R. Puto esse quadragenarium ad minus.

Ad 5.um.

R. A tempore, quo illum novi, saepius eundem celebrantem vidi.

Ad 6.um.

R. Aliquoties praedicavit et saepius confessus est, ita ut non dubitem de ipsius pietate, praesertim cum saepius diebus festis cantaret Sacrum coram serenissimo rege.

Ad 7.um.

R. Nihil unquam observavi in ipso contrarium puritati fidei et religioni catholicae.

Ad 8.um.

R. Per tres menses cum ipso habitavi Iavoroviae et nihil dedecens statum religiosum observavi, apud regem singulari potiebatur existimatione, aulicique non improbabant ipsius mores et vitam.

Ad 9.um.

R. In omnibus negotiis, quibus auctoritate regis addictus fuit, prae se tulit gravitatem, prudentiam et praestantiam.

Ad 10.

R. Latet me, an sit insignitus aliquo gradu, verum tamen theologus est professione et eam habet doctrinam, quae in episcopo requiritur ad alios docendum.

Ad 11.

R. Fuit praepositus Mostoviensis, sed non scio, quomodo se gesserit.

Ad 12.

R. Nunquam audivi publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem vel circa mores, sicuti nec ullo corporis aut animi vitio alioque canonico impedimento teneri scio, quominus ad episcopatum promoveri possit.

Ad 13.

R. Habet praeposituram Mstoviensem, de qua supra, item abbatiam Cervenensem, quorum beneficiorum reditus mihi sunt ignoti, sicut etiam, an illa possideat in titulum vel in commendam, et an pacifice vel non.

Ad 14.

R. Puto futurum idoneum ad regendam ecclesiam Chełmensem dignumque illum censeo, qui promoveatur ad episcopalem dignitatem, multa enim bona spero ab ipsius promotione desuper allegata.

Extunc finito examine ill[ustrissi]mus d[omi]nus testem dimisit, iniuncto ei, ut se suae epositioni subscribat, prout fecit, ut infra.

M[agiste]r f[rate]r Chrysostomus Gołębiowski Augustian[us] s[erenissimi] d[omini] regis concionator ordinarius manu propria.

Die decima.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erendissi]mum d[omi]num, quem supra et ubi supra, adm[odum] r[evere]ndus Carolus Mauritius Votta[8] Societatis Iesu, theologus olim [109v] s[erenissimae] r[egiae] maiestatis, aetatis suae anorum 67, prout asserit et ex aspectu eius apparuit, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam

[8] Carolus Mauritius Vota.

secreto examinatus; qui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae dominationis tactis etc. iuravit etc. ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Wyżycki abbatis Cervenensis canonicorum regularium Lateranensium promovendi, si Sanctissimo D[omi]no n[ost]ro placuerit, ad supplicationem serenissimi olim regis Poloniae ad cathedralem ecclesiam Chełmensem, dixit et deposuit, prout infra, videlicet.

Ad 1.um.

R. Ab octo circiter annis cognosco r[everendum] p[atrem] d[ominum] Nicolaum Wyżycki occasione frequentationis aulae, cum essem theologus regius et ipse secretarius Regni; non sum ipsius consanguineus, cognatus aut affinis, nec nimium familiaris aut inimicus, aemulus aut odiosus.

Ad 2.um.

R. Nescio.

Ad 3.um.

R. Ex ore regis audivi esse filium militis illustrissimi et generosissimi; caeterum ulteriores notitias non habeo.

Ad 4.um.

R. Puto esse quadragenarium, quod ex ipsius facie arguo.

Ad 5.um.

R. Saepius vidi ipsum celebrantem a tempore, quo illum novi.

Ad 6.um.

R. Vidi ipsum in solemnioribus festis solemniter celebrantem et aliis etiam diebus, dum maneret in aula.

Ad 7.um.

R. Nihil unquam contrarium audivi, immo de ipsius puritate in fide et religione catholica sum bene persuasus.

Ad 8.um.

R. Nec ex eo, quod mihi constat, nec ex eo, quod per publicam famam habeo, aliquid dicere possum contra ipsius vitae innocentiam genuinosque mores, semel tantum aut bis audivi ab ipsomet, quod propter rixas natas inter illum et episcopum Chelmensem aliquid ipsi obiectum fuisse.

Ad 9.um.

R. De prudentia et praestantia iudicii illius nullum est dubium, quoad gravitatem etiam spero ipsum satisfactum muneri suo.

Ad 10.

R. An sit graduatus, nunquam inquisivi, quod vero peritus saltem in theologia pluries expertus sum ita, ut putem habere sufficientem doctrinam ad episcopatum.

Ad 11.

R. Non scio, an unquam habuerit curam animarum, tantum rexit ante

aliquot annos insignem abbatiam Cervenensem, sed cum haec negotia non tangant aulam, mihi sunt ignota.

Ad 12.

R. Exceptis difficultatibus, uti dicebam, excitatis ab episcopo Chełmensi, nihil de ipso audivi, quod saperet scandalum nec circa fidem nec circa mores sive doctrinam, sicuti nec aliquo corporis aut animi vitio aliove canonico impedimento laboret, quominus possit ad episcopatum promoveri.

Ad 13.

R. Videor audivisse illum possidere praeposituram aliquam, circa quam nullae fuerunt unquam, quod sciam, difficultates, sed aliquot fuerunt circa abbatiam Cervenensem; de horum beneficiorum reditibus et natura nihil mihi constat.

Ad 14.

R. Quo ad capacitatem et qualitates naturales, puto eum esse idoneum quoad unctionem spiritus et morales virtutes; spero, quia non habeo quod opponam.

[110r] Extunc finito examine ill[ustrissi]mum d[omi]nus nuntius testem dimisit iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut infra.

Ita deposui pro veritate
Carolus Mauritius Vota Soc[ietatis] Iesu
theologus s[erenissimae] r[egiae] Maiestatis

Die 22.

Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erendissim]um dominum, quem supra et ubi supra, perillustris et adm[odum] r[evere]ndus Paulus Chotecki[9] archidiaconus Chełmensis, canonicus Luceoriensis, aetatis suae annorum 45, prout asserit et ex aspectu apparet, testis ex officio vocatus, et per dominationem suam ill[ustrissi]mam et rev[erendissi]mam secreto examinatus, qui delato iuramento de veritate dicenda, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae, tactis etc. iuravit etc. ad opportunas interrogationes super statu ecclesiae Chełmensis dixit et deposuit, prout infra, videlicet.

Super 1.o.

R. Sita est civitas Chełmensis in provincia Russiae, non habet forte 20 domus, quarum praecipua pars est Ruthenorum unitorum ita, ut cultorum fidei Romanae numerus non ascendat forte ad 60 in temporalibus, subest dominio regis et Reipublicae Polonae; causaque scientiae, quia sum archidiaconus Chełmensis a 2 annis fuique antehac cancellarius et canonicus eiusdem ecclesiae per 4 annos.

---

[9] Paulus Chotecki, archidiaconus Chelmensis.

Super 2.o.

R. In civitate Chełmensi est quidem cathedralis Ruthenorum sed ecclesia nostra cathedralis est Crasnostaviae, quae civitas est amplior et commodior, quamvis non habeat ultra 500 incolas, inter quos non sunt 200 Romano-catholici. Ecclesia cathedralis est sub invocatione Omnium Sanctorum, bonae structurae ex lateribus coctis, recenterque reparata fuit, causa scientiae est eadem, quae supra.

Super 3.o.

R. Est suffraganea archiepiscopo Leopoliensi, quae scio, quia sum ibi archidiaconus.

Super 4.o.

R. Sex sunt dignitates in nostra ecclesia, scilicet prae[posi]tus, decanus, custos, archidiaconus, scholasticus et cancellarius, praeter quas erunt octo canonici, quia omnes simul sumus 14; praeterea vicarii cum mansionaristis erunt circiter 8; clerici in minoribus ordinibus constituti sunt designati, et quando aliqui veniunt, inserviunt tantum ad tempus. Dignitas maior post pontificalem est praepositura. Reditus praelatorum et canonicorum consistunt omnes in distributionibus, quae nunquam excedunt 100 florenos Polonicales per integrum annum pro unoquoque praelato et canonico. Mansionaristae et vicarii habebunt circa 200 florenos annuatim pro quovis beneficiato. Non est praebenda theologalis, sed est paenitentiarii, cuius tamen officium suppletur a patribus Societatis ibi noviter fundatis, quia paenitentiarius ob tenuitatem redituum non potest per totum annum residere.

Super 5.o.

R. Exercetur cura animarum per seniorem inter vicarios, adestque fons baptismalis; causa scientiae eadem, quae supra.

Super 6.o.

R. Sacrarium instructum est sacra supellectili caeterisque rebus ad Divinum cultum necessariis; pontificalia ornamenta non habet, praeter mitram pretiosam, qua non utuntur episcopi, quia fuit relicta [110v] antiquitus capitulo in tesseram memoriae. Chorum, organum, coemeterium muro circumductum et campanile ligneum cum campanis aeneis habet; causaque scientiae eadem, quae supra.

Super 7.o.

R. Sunt insignes reliquiae Sanctorum, quorum nominum non recordar, asservanturque in capsis ligneis deauratis.

Ad 8.um.

R. Erat domus Crasnostaviae pro episcopi habitatione in ipsomet coemeterio ecclesiae cathedralis, et altera erat Skierbieszoviae maioris magnitudinis, et ambae muro aedificatae, modo autem sunt destructurae ita, ut episcopus recenter defunctus habitaret in domo lignea vicariorum, nimiae enim impensae requirebantur pro earundem reparatione.

Super 9.o.

R. Mensa episcopalis quattuor habet praedia in pluribus villis consistentia, quae nos vocamus claves, primumque Cumoviensis[10] reddet circa bis mille quingentos florenos; secundum Savinensis[11] non habebit ultra mille florenorum; 3tium. Pawłoniensis[12] ascendens ad proventum annuum 800 florenorum. 4tum Skierbieszoviensis, quod dabit circa mille quingentos florenos annuos ita, ut tota summa non excedit 5800 florenorum Polonorum; qui ad Romanum computum reducti non multum excedunt 725 scuta Romana. Ulterius haec valde diminuentur, modo propter tumultus et seditionem militum Regni, qui cum rebellaverint a Republica, usurpabunt sibi alimenta et stationes in bonis ecclesiasticis.

Super 10.

R. Chełmae unica est parochialis Romanorum, sicuti et una Ruthenorum Crasnostaviae, item praeter ecclesiam cathedralem, in qua exercetur cura animarum, uti supra, est in coementerio per modum capellae parva ecclesia, in qua saepius celebrant patres Societatis, qui necdum habent propriam ecclesiam. Praeter istas unica est ecclesia Augustianorum Crasnostaviae; praeterea nihil.

Super 11.o.

R. Amplitudo dioecesis Chełmensis extenditur ad multa milliaria, forte 30; verum cum sit referta Ruthenis, quinquaginta tantum circiter parochiales ecclesiae ritus Romani dicuntur esse in potestate episcopi Chełmensis.

Super 12.o.

R. Non est seminarium fundatum, sed domus vicariorum et mansionariorum recenter exstructa vocatur seminarium.

Super 13.o.

R. Ecclesia Chełmensis debebat prius vacasse per ascensum episcopi n[ost]ri ad Culmensem cathedralem, sed modo vacat per mortem ipsiusmet episcopi a die 24 vel 25 Octobris, quod scivi tum a palatino Syradiensi, qui degit in mea vicinia et recepit omnium praeposituram, tum a famulo ipsiusmet episcopi defuncti. Caeterum capitulares me non monuerunt, quia exclusum voluerunt ab administratione unius ex quattor clavibus seu praediis, quae mihi de iure competit.

Extunc finito examine, testis dimissus, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut sequitur, videlicet.

Paulus a Chotcza Chotecki archidiaconus Chełmensis, canonicus Luceoriensis.

Secretarius s[erenissimae] r[egiae] maiestatis manu propria

---

[10] Kumów.
[11] Sawinów.
[12] Pawłów.

Die 26.

[112r] Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erendissim]um d[omi]num quem supra, et ubi supra, adm[odum] r[evere]ndus p[ate]r Lucas Ocosalski[13] Ordinis Praedicatorum, prior conventus Varsaviensis S[anctae] Mariae Victoriosae, aetatis suae annorum 49, prout asserit et ex aspectu apparet, testis ex officio vocatus et per dominationem suam ill[ustrissi]mam secreto examinatus; qui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae tactis etc., iuravit etc., ad opportunas interrogationes super idoneitate et requisitis r[everendi] p[atris] d[omini] Nicolai Wyżycki abbatis Cervenensis, promovendi[si] Sanctissimo D[omi]no n[ost]ro placuerit, ad ecclesiam cathedralem Chełmensem, dixit et deposuit, prout infra, videlicet.

Ad 1.um.

R. Novi r[everendum] p[atrem] d[ominum] Wyżycki a 7 annis, occasione assistentiae, quam praestiti serenissimo regi; itemque prius aliquam notitiam habui de ipso ante viginti forte annos; caeterum non sum ipsius consanguineus nec cognatus, aut affinis, nec nimium familiaris, aut inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.um.

R. Est natus in palatinatu Volhyniae, quia ibi habent domini domini Wyżyccy suas possesiones et originem.

Ad 3.um.

R. Quod sit ex legitimo matrimonio natus, hoc habeo a publica fama, sicuti etiam, quod sit ex nobili stipite.

Ad 4.um.

R. Est fere quinquagenarius, quod habeo ex antiqua de ipso notitia.

Ad 5.um.

R. Vidi illium toties celebrantem in hoc ultimo septennio, prout non dubitem de ipsius sacerdotio.

Ad 6.um.

R. Ex conversatione ipsius percepi esse versatum in ecclesiasticis functionibus, frequentem et devotum in suscipiendis Sacramentis, sicuti et concionantem audivi.

Ad 7.um.

R. Nihil unquam audivi, quod suspicionem ingerere posset de puritate ipsius fidei.

Ad 8.um.

R. Nihil audivi contrarium innocentiae et modestia, quae virum religiosum decet.

---

[13] Lucas Oczosalski, prior Conventus Varsaviensis.

Ad 9.um.

R. Videtur mihi esse sufficiens quoad prudentiam et praestantiam in rebus et negotiis agendis.

Ad 10.um.

R. Non scio, an aliquo gradu sit insignitus in iure canonico vel in sacra theologia, quamvis mihi videatur habere sufficientem doctrinam ad episcopatum.

Ad 11.

R. Scio bene, quod habeat aliquot beneficia, quae curam animarum exigunt, sed quomodo ea rexerit, vere non scio.

Ad 12.

R. Praeterquam quod audiverim aliquando ad hilaritatem usque cum amicis compotasse, quod saepius est moris in Regno Poloniae, nullum aliud scandalum ipsum dedisse unquam audivi, tum circa fidem tum circa mores, sicuti nec ullo corporis aut animi vitio aliove canonico impedimento laborare percepi, quominus ad episcopatum promoveri possit.

Ad 13.um.

R. Habet abbatiam Cervenensem, in qua non adeo convenit cum monachis qui sunt canonici regulares Lateranenses; habet item praeposituram Mstoviensem, ex praepositura habebit, secundum ea quae audivi, sex millia florenorum, ex abbatia forte triginta millia, sed haec non bene scio.

Ad 14um.

R. De doctrina et capacitate ipsius non dubito, circa mores non habeo exceptionem ita, ut putem illum posse inter alios episcopos sedere; sperarem item promotionem ipsius futuram utilem et proficuam ecclesiae Chełmensi.

Extunc finito examine testis dimissus, iniuncto ei, ut se suae depositioni subscribat, prout fecit, ut infra.

Ita deposuit; pro veritate fr[ater] Lucas Ocosalski Ordinis Praedicatorum prior [conventus] Varsaviensis S[anctae] Mariae Victoriosae manu propria.

Die prima Decembris.

[112v] Examinatus fuit per ill[ustrissi]mum et rev[erendissi]mum d[omi]num, quem supra et ubi supra, perillustris et adm[odum] r[evere]ndus Casimirus Wieszczycki[14] canonicus ecclesiae cathedralis Chełmesis, aetatis suae annorum 29, ut asserit et ex aspectu eius apparet, testis ex officio vocatus, et per dominationem suam illustrissimam et rev[erendissi]mam secreto examinatus; qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout in manibus dominationis suae ill[ustrissi]mae et rev[erendissi]mae tactis etc. iuravit etc. ad opportunas interrogationes super statu ecclesiae Chełmensis, dixit et deposuit, ut infra, videlicet.

---

[14] Casimirus Wiwszczycki, canonicus cathedralis Culmensis.

Super 1.mo.

Sita est civitas Chełmensis in palatinatu Russiae et districtu Crasnostaviensi; continet forte 400 domos, quarum pars maior est Iudoeorum, caetera spectant ad Graecos Ruthenos ex iis, qui vocantur uniti. Caeterum catholicorum Romanorum parvus est numerus ita, ut non credam decem ex iis domibus impleri per ipsos, ex quo factum est, ut cathedralis cum capitulo translata sit Crasnostaviam. An haec translatio fuerit auctoritate pontificia, non scio, puto tamen intervenisse indultum ap[osto]licum, quia ecclesia, quae prius erat cathedralis, possidetur modo a patribus Scholarum Piarum, quorum Ordo viget et floret sub protectione Sanctae Sedis; causa autem scientiae est, quia sum canonicus illius ecclesiae ab anno et incola illius terrae et districtus.

Super 2.o.

R. Ecclesia cathedralis modo est Crasnostaviae, sub invocatione Sanctorum Omnium, bonae structurae ex lateribus coctis, quae tamen incipit reparationem exigere, tum in tecto tum in muris; causaque scientiae, quia nuper absolvi meam residentiam.

Super 3.o.

R. Chełmensis ecclesia est suffraganea archiepiscopi Leopolitani; causaque scientiae eadem, quae supra.

Super 4.o.

Dignitates ecclesiae cathedralis sunt numero sex, scilicet praepositura, decanatus, scholastria, archidiaconatus, cantoria et cancellariatus, praeter quas undecim aliae sunt praebendae. Erunt forte octo vel decem inter vicarios et mansionarios, qui omnes sunt sacerdotes vel in sacris constituti minorum ordinum, clerici nulli sunt stabiles. Non habemus reditus separatos, quia omnia bona capituli administrantur in communi, et eorum reditus ad communem massam rediguntur, haecque bis in anno canonicis distribuitur, scilicet in festo Trium Regum et Ascensionis Dominicae; primam distributionem habui ego in festo Ascensionis, obtinui trecentos florenos, secundam necdum ita, ut nil certi possim dicere de reditibus canonicatuum. Vicarii non habent ordinarie plus quam 300 florenos, qui singulis distribuuntur quovis anno ex alia massa communi. Separata a nobis sunt praebenda theologalis et paenitentiaria, quarum munus exercetur a patribus Societatis; causaque scientiae eadem, quae supra.

Super 5.o.

R. Exercetur cura animarum in ecclesia cathedrali primario per seniorem vicariorum, secundario per alios vicarios, et etiam per patres Societatis Iesu; causaque scientiae eadem, quae supra.

Super 6.o.

R. Sacrarium est sufficienter instructum sacra supellectili, adsunt quoque alia ornamenta pontificalia, sed non tam pretiosa, uti caeterae habent

ecclesiae; sunt quoque chorus, organum, campanile ligneum cum campanis, [113r] coemeterium et omnia ea, quae ad ecclesiam requiruntur.

Super 7.o.

R. Cum semel tantium fuerim in residentia, non habeo plenam notitiam, an sint corpora vel aliquae insignes reliquiae Sanctorum.

Super 8.o.

R. Domus episcopi sita in coemeterio, cum sit valde destructa, est applicata scholis; an habeat aliam habitationem episcopus, nescio.

Super 9.o.

R. Reditus mensae episcopalis solent ascendere ad sex vel septem millia florenorum, qui tamen debent colligi ex venditione fructuum, qui percipiuntur in quattor diversis clavibus seu praediis, quae fuerunt assignata mensae episcopali a pietate regum. Praeter hibernam, super qua conventum est cum Republica, nulla pensione sunt onerati reditus praedicti.

Super 10.o.

R. In civitate Crasnostaviensi unica est Romanorum ecclesia parochialis, quae et cathedralis; praeter quam est monasterium Augustinianorum cum ecclesia et fundatio patrum Societatis, qui necdum ecclesiam aedificarunt. Caeterum non sunt confraternitates, non hospitalia, non mons pietatis, nec similia pauperum levamina; causaque scientiae eadem, quae supra.

Super 11.o.

R. Extenditur dioecesis Chełmensis ad quindecim milliaria Polonica in longitudinem, in latitudinem vero ad decem milliaria. In quo satis amplo spatio tam rari sunt catholico. Romani, ut non impleant numerum 50 Parochias.

Super 12.o.

Non est seminarium.

Super 13.o.

R. Debeat vacasse ecclesia Chełmensis per ascensionem n[ost]ri antistitis ad cathedralem Culmensem, verum cum morte praevenerit ipse bullas apostolicas, vacat per obitum ill[ustrissi]mi Stanislai Hyacintii Święcicki pie defuncti 24 Octobris, quod scio tum ex publicis relationibus tum ex literis capituli ad me delatis.

Extunc finito examine testis dimissus, iniuncto ei, ut se subscribat suae depositioni, prout fecit, ut sequitur.

Ita deposuit; pro veritate ego Casimirus Wiesczycki, canonicus cathedralis Chełmensis manu propria.

[Attestatio Nuntii]

[a–a]Supradictis testibus adhibendam esse plenam fidem censeo et dico. I[oannes] A[ntonius] arch[iepiscopus] Thebarum nuntius apostolicus.[a–a]

[a–a] *autographum*

Deinde idem r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Wyżycki ad docendum de legitimo natalibus etc., exhibuit documentum infrascriptum ad affectationem magnifici ac generosi d[omi]ni Stanislai Wyżycki vexilliferi Kiioviensis, testimonium baptisati filii eius Nicolai ex metrica ecclesiae Iazłowecensis tale mitto: Anno D[omi]ni 1699, die 13 Martii ego Stephanus Bronowski canonicus Camenecensis, Buczacensis, Iazłowecensis, prae[posi]tus: baptisatus est puer nomine Nicolaus per me, legitimorum coniugum magnificorum [113v] ac generosorum parentum Stanislai et Christianae Wyżyckich; levantes de sacro fonte g[ene]rosus Stanislaus Broniewski cum generosa domina Jarmolinska. Extractum ex metrica ecclesiae parochialis Iazłovecensis; in quorum fidem manum meam subscribo.

Datum Iazłoveci 20 Martii 1670.

Ioannes Paiewski canonicus Camenecensis,
Iazłovecensis praepositus manu propria

Locus sigilli

Quibus omnibus et singulis, ut supra, gestis, idem r[everendus] p[ater] d[ominus] Nicolaus Wyżycki petiit subscriptum processum, seu illius copiam, in forma authentica extradi, et sigillo munitam consignari ad effectum ad Almam Urbem transmittendi pro expeditione omnis.

Quocirca nos Ioannes Antonius De Via archiepiscopus Thebarum et nuntius apostolicus antedictus processum clausum et sigillatum seu verius copiam illius, in publica et authentica forma concedendum et extradendum esse duximus; decernentes praefatis istis omnibus et singulis, tanquam rite et legitime gestis, ubique locorum plenariam et indubitatam fidem ab omnibus et singulis in iudicio et extra adhibendam esse. In quorum praemissorum fidem et testimonium praesentes manu nostra ac infrascripti notarii cancellarii nostri subscriptas sigilli nostri impressione communiri fecimus.

Datum Varsaviae, die 4 Decembris anno Domini 1696.

[sigillum aridum]

[a–a]I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus[a–a]

[a–a] *autographum*

[Attestatio Notarii]

Et quia ego Adalbertus Skwarczyński publicus sacra auctoritate apostolica notarius, et ill[ustrissi]mi ac rev[erendissi]mi d[omi]ni d[omi]ni Ioannis Antonii De Via archiepiscopi Thebarum et nuntii apostolici in Regno Poloniae cancellarius memoratae inquisitioni et testium examini per eundem ill[ustrissi]mum ac rev[erendissi]um dominum nuntium apostolicum habitae et receptae, personaliter requisitus interfui necnon iuramenta testium praenominatorum

solemniter fieri vidi et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter [114] redegi. Idcicro hoc examen et totum hunc inquisitionis processum propria manu subscripsi. Actum Varsaviae, in cancellaria nuntiaturae ap[osto]licae Regni Poloniae, hac die quarta mensis Decembris anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

Adalbertus Skwarczyński notarius et cancellarius, qui supra, manu propria.

Viso supradicto processu et contentis in eo, censeo praefatum reverendum abbatem Nicolaum Geraldum a Wyzyce Wyzicki Congregationis canonicorum regularium Lateranensium esse dignum, ut ad dictam ecclesiam Chełmensem promoveatur, illique in episcopum praeficiatur et pastorem[15].

[a]Carolus cardinalis Barberinus Regni Poloniae protector[16].

A[lederano] cardinalis Cybo[17]

Franciscus Chr. cardinalis Maidalchinus[18]

B[enedetto] N. Pamphilius[19][-a]

[a–a] *autographum*

[114v] Chelmensi, die prima Iulii 1699.

---

[15] Manu Innocentii XII papae.

[16] Manu card. Caroli Barberini.

[17] Manu card. Alderani Cibo.

[18] Manu card. Francisci Maidalchini.

[19] Manu card. Benedicti Pamphili.

INDEX
personarum et locorum

in indice omissae sunt voces hae: nuntius Davia Ioannes Antonius, cardinalis secretarius status Spada Fabricius, Polonia, Innocentius XII, Sedes Apostolica

Accorsi Sebastianus, teatinus, superior collegii Armeniorum Leopoliensis XX, 108-109, 198, 264, 294-295
Adamus, acatholicus 346-347
Adamus, cisterciensis Paradisiensis 150
Albanus Ioannes Franciscus, cardinalis 11-13, 15, 17, 19-20, 22
Albericus, cisterciensis Paradisiensis 150
Alberti Hieronymus, residens Venetus apud Polonos 62, 193
Albertus, magister novitiatus, cisterciensis Paradisiensis 150
Alexander VIII, pontifex maximus 11, 22, 25, 371
Alexander, cisterciensis Paradisiensis 150
Altamonte d', domina comes IX
Althan Mihály Frigies, cardinalis 22
Anglia VIII, XIV, 176
– legatus, v. Stepney Georgius
Antonius, piarista Varsaviensis 289
Antonius, cisterciensis Paradisiensis 150
Antiqua Villa (Stara Wieś), vicus
– ecclesia 189
Archinto Iosephus, nuntius apud Hispanos, cardinalis 131
Ariminium (Rimini) XIII
– dioecesis XIII
Armenii (Ormianie) 57
Arquien d' de la Grange Henricus Albertus, pater Mariae Casimirae reginae, cardinalis 39, 51, 81, 89, 92, 105, 126, 128, 169, 321-322
Assovium (Azof, Tanais) 97, 193, 202
Augustus II Robustus, August II Mocny, rex Polonorum IX-XII, XV, 45
Augustynowicz Martianus, carmelita discalceatus Varsaviensis 87, 151
Austria, imperium XIII, 22
– archiducissa 83
– legatus, v. Sedlnitzky Carolus

Baccovia (Baków)
– episcopus v. Czeszeyko Amadeus Victor
Badena (Baden), urbs X
– princeps 24, 136, 342, 376
Balticum mare (Morze Bałtyckie) 300
Baltzer Franciscus Antonius, secretarius Stanislai H. Lubomirski 29, 35-36
Bamberg (Bamberga), urbs 24
Baranowski Boguslaus, mareschallus confoederatus 181

Barberini Carolus, cardinalis XIX, XX, 21, 44-45, 93, 240, 248, 396, 415
Bardanie, vicus 292-293
Bartoszewski Iulianus IX
Bavaria
– dux 307
– elector, v. Maximilianus II Emmanuel
– electrix 53
Bądków, vicus in dioecesi Vladislaviensi situs
– ecclesia parochialis 75
– parochia 74
Bąkowska Marianna, uxor Adami Mielęcki 324-325
Bejsagoły, vicus in Samogitia situs 291
Belevicii, familia 327
Belgium (Belgia) VIII, 234, 381, 387, 390
Bellina Michael Gabriel, sacerdos e dioecesi Cracoviensi 141
Bem Laurentius, sacerdos 224
Benedictus XIII, pontifex maximus 22
Benedictus XIV, pontifex maximus XIV
